



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Homiliæ Qvadragesimales Reverendissimi D.ni P. F. Hieronymi Baptistæ De Lanvza Venerabilis memoriæ Episcopi Barbastrensis & Albarrazini, Ord. FF. Prædicatorum**

Ex Hispanico idiomate in latinum perfectè fideliterq[ue] iuxta posteriorem omnium, nouamq[ue] editionem translatae, & ab innumeris cùm S. Scripturæ, tùm SS. Patrum typographicis erroribus emendatæ ... cum triplici Indice ...

**Lanuza, Jerónimo Bautista de**

**Antverpiæ, 1649**

Homilia VI. De Extremo Iudicio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53012](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53012)

§. 11. Omnes gentes. Venudabit anima sua  
lucio Dominus etiam abstrusissima, & mini-  
mas cordium cogitationes, in maximam  
malorum, nec non demoniorum penam.

§. 12. Omnes gentes. Etiam Sanctorum  
peccata reuelabuntur, in eorum tamen glo-  
riam, ac triumphum.

§. 13. Segregabit oves &c. Mandatum suum  
accipiet, omnes resurgent, dicitur illos Do-  
minus, et istis erit hæc distinctio malis, bonis  
autem letis sicut.

§. 14. Venite benedicti. Letificabit Do-  
minus iustos, dando eis Regnum: illud enim

omnium primum creavit.  
§. 15. Ite maledicti. Prosterneat malos illi  
verbis quibus eos pater æternus damnandos  
ad iudicabit.

§. 16. In ignem æternum: Dei particularis  
carnis, est ignis æternus, omnesque suas  
contra malos vires exercet creatura.

§. 17. In ignem æternum. Habet hic ignis  
particulares proprietates, illo igne descriptas,  
quo Deus puniunt Egyptios.

§. 18. Ibunt in supplicium: Desperatam  
incurabilem eius credit salutem D. Basilii,  
quem prædicta non mouent, Maueant vos.

# HOMILIA VI. DE EXTREMO IUDICIO

Primo die Lunæ Quadragesimæ.

Cum venerit Filius hominis in maiestate sua, & omnes Angeli eius cum eo, &c.  
Matthæi. 25.

**H**odiernum Christi euangelium,  
inter cetera ampliores potest  
nostris fructus inferre animabus  
Distinctum est à Spiritu S. nihil  
adeo prodesse anime saluti, præ-  
ter timorem Dei. Libro Ecclie-  
siastici pendens nouem, que ab omnibus  
communi calculo bona cententur, ait, & ego  
idem fero iudicium: sed & aliud addam, quod  
fit decimum tale plenus buccis, & voce præ-  
conia iudicabys nouem, alius longe esse præstan-  
tius, ac maioris momenti. Notum in inspicabi-  
lia cordis magnificanti, & decimum illam in lingua  
hominibus. Ad hoc nouem enumerat bona, ut  
italia ab omnibus habita, quibus homo que e-  
dies suos, vitæque transigat: alios habere mo-  
riferos, sic inimicis, triumphum referre, mulie-  
rem sapacem prudememque seligere, immuncim  
se gaudere qui nulli, nihilino aut adiectionem  
securare reuatur: verum fidelismque amicum in-  
uenire, &c. Bona sunt hæc omnia testatur Spi-  
ritus Sanctus, attamen proponam vobis aliud  
ceteris omnibus simul iunctis, multo fructuo-

sius. Et quid hoc Domine mi? sed Timor Dei  
super omnia se superposuit. Est velut Magister  
Phonascus, qui cantorum omnium voces regit,  
moderatur & dirigit, ne discant, ne aberrant  
Ita timor Dei anime infidens, omnes continet  
potentias bene ordinatas, ita ut suam qualis-  
bet seruet proportionem & puncta in virtutum  
moderamine. Beatus homo, cui datum est habere  
timorem Dei, qui tenet eum, cui assimilabitur.  
Timor Dei adeo diues est & præcellens, ut Spi-  
ritus S. quali nihil in toto reperiat mundo dig-  
num, quod ei; qui illum habet, possit æquipara-  
ri. Qui tenet eum, cui assimilabitur, appellat eum  
beatum: Beatus homo. Sicut enim beato nihil  
deest, omnia possidet, quia Beatus, est status  
omnium bonorum aggregatione perfectus, ita illi,  
qui vere timei Deum, nulla deest virtus. Sic  
declarat D. Basil. id quod David asserit: Timeo  
Dominum, omnes sancti eius, quoniam non est timor. D. Basil.  
pia timentibus eum. Qui fieri potest ut nullum Hom. 9. in  
deest Deum timentibus bonum? D. Paulus no-  
bis illos deplangit, mille bonorum defectibus, & 70.  
necessitatibus opprellos: Egredietur angustiant, afflicti. Heb. 6. 11.  
H h 2



Hi. Ne intellexeris, inquit. Psalmographum lo-  
 qui, de huius mundi bonis perituris. Hæc enim  
 absolute non sunt bona, sed de bonis virtutum,  
 quæ pleno gutture, talia numerantur. Horum  
 ne unum quidem in veritate Deum timenti  
 deest. Et ob eandem rationem, eos David ca-  
 nonizat beatos. *Beatus vir qui timet Dominum,*  
*in mandatis eius cupit nimis. unum mihi demon-*  
*stres, in quo vere refidet Dei timor, & cum tibi*  
*beatum probauero qui in observandis Dei man-*  
*datis nullibi deest, quin potius omnia servare*  
*desiderat, idque unum, si in hoc nimietas dari*  
*possit, hoc autem dixit Sapiens. Qui timet Deum*  
*nihil negligit. Insuper ob hoc ait D. Basil. Ho. 9.*  
*cit. & ponderat D. Chrysost. illum a Deo Da-*  
*vid requirebat. verbis celestis quadam philoso-*  
*phia adornatis. Confige timore tuo carnis meas.*  
 Triplex pondus, quod vehementer ad ima de-  
 primit: si caute illud volueris stabilire, & vt  
 tuius domus sustineat molem: confige illud for-  
 tissimo maximoque clauo, quo enim tempore  
 ille permanserit, loco suo consistet immobile.  
 Grauis sira caro nostra, ad ima deprimit, &  
 nos ad abyssos vsque inclinat, vt multoties con-  
 queritur Diuus Paulus. Quo detinebitur forti  
 clauo timor Dei, qui eam transligat, & Di-  
 uinæ legis tabulis affixam detineat immobilem.  
 Ideo in peccata pronus dilaberis, eo quod hic  
 tibi desit clauus, qui te sursum detineat: Hoc  
 indicauit Rex & Propheta, vt notat Diuus Au-  
 gustinus, *Dixit iniquus, vt delinquat in seme-*  
*ris: Non est timor Dei ante oculos eius.*  
 Diuus Chrysostomus illum comparat armato  
 militi, qui domus tuæ vigili obstruat portas qui  
 quemlibet detegat latronem, ea accedentem  
 intentione vt lubricans opes tuas discedat.  
 Est hic timor, serpens ille Moyse, qui Magorum  
 serpentes deuorauit. O quorū serpentes in carne  
 tua contra potentiam, imperium patientiam  
 vnius verbi iniuriis, elemosynam mundi con-  
 temptum, & alia similia, omnia hæc deuorat. ti-  
 mor Dei, sicut patet in Martyribus. Et hoc in  
 Epistola legitur: *Replebit eum spiritus timoris Domini.*  
 Exponit hoc Diuus Bernardus de Christo  
 secundum corpus suum mysticam, quod sanctos  
 replebit spiritus timoris Domini, proficient  
 Christi membra, augebatur in eis timor Domi-  
 ni, donec ea omnino repleat: vt oculi, manus, os  
 timore Dei repleatur: qualis erat Iob, qui ait:  
*Verba omnia opera mea.* Vt vero hic in anima  
 timor producat, nihil vubus, efficacius nihil,  
 quam exercitū iudicii representatio. vbi nobis  
 omnibus certa præstituta est dies, vbi a te exi-

genda erit ratio, & soluenda, toto spectante  
 mundo, omnium tuarum dissolutionum & va-  
 nitatum, ac eorum omnium, quæ egisti, vsque  
 ad minimum verbum quod protulisti, & mini-  
 mam cogitationem, quam mente reuoluisti, in-  
 uerfa seclera mea, inquit Diuus Augustinus, Pa-  
 tebunt, non solum actuum, sed etiam cogitationum,  
 simulque lectionum.  
 Proferretur sententia, posthabita omni ap-  
 pellatione, iugis æterni cum diabolis, aut gloriæ  
 sempiternæ cum Deo. Cælum aut infernus, id-  
 que in æternum. O æternitas, o æternitas hoc  
 viros Dei horrore, timore & curis replet inex-  
 tricabilibus. En tibi S. Iob de quo ipse Deus,  
 Homo simplex, & rectus, & recedens a malo, & ad huc  
 retinens innocentiam. Homo adeo iusti tenax,  
 vt de seipso hoc verum referat testimonium.  
 In omni vita mea, non me reprehendit cor meum.  
 Quem tamen tanto conspicies timore percul-  
 sum, ut sibi tolerabilius censet inferni detine-  
 ri, tempore extremi iudicii, quam in eo compa-  
 rere sic instanter rogat Deum. *Quis mihi hoc tri-*  
*buat, vt in inferno protegas me, donec pertranseat*  
*tempus, tempusque sibi persuadebat ac time-*  
*bat, iam iam super se irruere iudicii diem: Sem-*  
*per quasi tumentes super me factus timor Domini.*  
 pondus tuas ferre non potui, superasti hæc meta-  
 phoram a fluctibus maris, in cælum vsque sub-  
 laris, quas nauis cernit in se irruentes. Davidi  
 ossa contremuerunt, quæ adeo collidebantur,  
 vt dixeris non solum luxari: quinimo & con-  
 stringi in iudicii consideratione. Non est sanctus  
 in carne mea a facie tua, non est in ossibus  
 meis. Hæret hic D. Aug. confusus, ne quis quid  
 agat, seu quo se veritat, & insipia mittit in cæ-  
 lum: *Vt misero mihi, quod facerem tunc Dominus*  
*Deus meus, cum eam venelabunt iniquitatem me-*  
*am, & aduersum me terra consurgere, ecce tunc ve-*  
*ludare poteris, sed demisso capite pra confusione,*  
*coram te habo trepidus, & confusus D. Bern.*  
 corde contabescit, & se infelitem proclamat. *Vt in mi-*  
*mihi misero, cum veniri dies illa, & a partu fuerit*  
 libri in quibus omnes mei actus, & cogitationes,  
 Domino presente, recitabuntur. Tunc demisso capite  
 pra confusione mala conscientia in iudicio coram  
 Domino habo trepidus, & anxius, tum ductus de  
 me & te homo, & opera eius D. Bern. qui pra nimia  
 poenitentia ita corpus suum attriuerat, vt vix  
 ossibus hareret, & ex nimia percussione pectus  
 gereret vulneribus apertum, vt ipse refert, sola  
 imaginatione tubæ illius terribilis, & omnes nos  
 ad iudicium citantis, *Vt tunc ad iudicium? nec do-*  
 lum comedit incertius, nec somnum capis sui  
 securus.

Tf. 113. 1.

Ecl 7 19  
Hom. 53.  
in Ioan. 3  
Psa. 118.  
220.

In Ps. 32.

2  
Hom. 1. ad  
pop. 1.

Isai. 11. 5.  
Ser. 14 in  
Cant.

Iob. 9. 28.

D. Aug.  
In mat.  
cap. 4. 10.

V.  
Iudicii  
meditatio  
quam hoc  
tribuit.  
Iob. 27. 6.  
Cap. 14.  
13. 166.  
Iob. 31. 23.

Ps. 77.  
D. Aug.

cap. 29.  
in medi-

cap. 14.  
D. Bern.

in medi-

cap. 14.  
D. Bern.

cap. 14.  
D. Bern.

cap. 14.  
D. Bern.

secutus, at velut atronitus huc illicque se vertit perturbatus.

Lib. 26. 11. 1. Pet. 4. 11.

3 Quid tibi agendum, talis cum sis, qualem te propria damnat conscientia? Si columna cali contremiscent. Quid tu facies, vile stramen vento raptum? Si iustus vix saluabitur asserit, D. Petrus. Impius & peccator ubi parebunt? Nul- lum meo iudicio clarius dari potest huius veri- tatis argumetum, eo quod narrat D. Luc. in historia D. Pauli. Captiuus erat & accusatus D. Paulus Casareæ, & ad prouincie guberna- torem tractus Felicem nomine. Contra eum vehementius vrgebat summus Sacerdos, qui fu- riosa nequitia in Paulum rabidus ipsemet Hie- rosolymis Casaream aduenerat, aliis quoque comitatus sacerdotibus, doctissimis viuis, aduo- catis, non natum vera Terullio quodam orato- re, qui contra eum diceret. Caput hic contra Paulum accusationem instituit, instigans eum hominem pestiferum, Regnum pertur- batores, sancte religionis, Templi que viola- tores. Cui omni mansuetudine respondet D. Paulus, se talem non esse, qualem arguebant, sed eo tantum, quod Refur ectionis quassio- nem predicasset, quam illi negabant, hanc in se moueri seditionem. Distulit illos tunc Præ- ses, & Diuum Paulum carceri mancipauit. Erat autem hic præses gentilis, infidelis, iniqui, auti cupidus, impudicus, lucri amicus, uxorem duxerat Drusillam mulierem nobilissimam filiam Regis Herodis Agrippæ, nepem Mar- ci Antoni & Cleopatras, verumtamen inhonesta hæc & adultera, vique, quæ spreto marito huic Felici nupsit: ut scribit Cornelius Tacitus.

Lib. 3. 2. An. 24.

4 Vt vero hi experirentur, num aliquod pecu- niæ lucrum ex Diuo Paulo possent emungere, (Sperant quod pecunia ei daretur à Paulo.) Se- paratim colloqui cum Paulo voluerunt. Apo- stolus vero ne quam predicandi omittet oc- casionem, cepit illis predicare: Disputatio- nem illo, de iustitia & castitate, & iudicio su- uo, tremisactus Felix. Hoc verbum (Disputan- te) idem est quod Prædicante, ut probat noster Cardinalis Hugo. Cepit ergo Apostolus præ- dicare de finali iudicio, qui eum talis esset, ut Paulo fidem non adhiberet, tamen expauit, & contremuit iudex coram reo, ipse qui hæc nec credebat, nec expectabat. Tremisactus Felix. Quid non in te o Christiane deberet operari, qui hæc credis, sed nec ego sum, qui hæc præ- dico, hæc annuntio, sed ipse Christus: quid non ageres prædicante Christo de futuro iudi- cio. Est autem, hoc Euangelium ex illis de

D. Avo.

quibus acutè Diuus Augustinus: Non egent in- terprote, sed auditore. Audiamus hoc omnes, & Ser. 205. in nobis spiritum timoris operetur, qui vitam de temp. nostram componat: Aperiat aures nostras Spi- ritus S. gratia, hanc vero per intercessionem cælestis thesaurarie Mariæ piè imploremus. Ans Mar. a.

§. 1. Sanat anima infirmitates extremi iudi- cii consideratio, sicut aque Iordanis lepram Naaman.

Lect D. Chrysostomus ob præclara ingenii sui copera & libros doctissimos, meruerit illud nomen Chrysostomus, quod est os aureum, quem ob hoc Diuus Gregorius Nyssen- us illo honorat nomine: Diuum oratorem, & Theophilactus, Magnum luminare mundi particulariter tamen hoc ei debetur ob tracta- tum quendam, cui titulus: De reparatione lapsi, ab eo conscriptum. Illum composuit ex oc- casione Monachi Theodori sibi optime noti, qui in quendam lapsus erat defectum, cuius reparationis desiderio restuans hic Sanctus Doctor, ei librum dedicauit, in quo planè di- uina, & admiranda proponit documenta, ad peccatoris penitentiam, media adducit, qui- bus, quantumlibet grauis quis sit peccator, sibi possit auxiliari: Multis igitur & variis in me- dium adductis, vltimo tandem loco, ut quid efficacius, suadet extremi iudicii consideratio- nem: aduerte autem illam debet esse vitam, & talem qualem decet. Ita ut supponat pri- mo, remedium conuertendo peccatori effica- cissimum, esse iudicii vniuersalis consideratio- nem. Et secundo, ut illa sit viva, impigra; & tum censeat impossibile hæc saluari medicina ho- minem ab omnibus peccatorum infirmitatibus non conualescere.

4 Lib. de testimo. contra Inde de ducto: Exinit' sangis & aqua. b In illud Luc. 18. Vendo omnia.

Orat. 2. in 2. ad The.

Ad hoc expendit hæc verba Spiritus S. Me- morare nouissima tua, & in æternum non peccabis. Quibus addit: Fieri non potest, ut anima, qua timet de reddendis rationibus ad delicta non sit tor- da. Motus enim vigens in cogitatione, in ea nihil dimittit mundanum. Nam si qua de ea verba sunt eam ita dicitur, & comprimunt, ratio & cogita- tio, qua perpetuo habitat in animis, an non magis purgat animam, quam quibus ignis? Norunt omnes admirabilem illam curationem, quam peregit Eliseus in Principe Syriæ Naaman. Totus is erat lepra conspersus, spectrum immunditiæ, carni- bus exesus, neruis contractus, pluribus pædoris foetens profluuiis, quæ corporis partibus.

Eccel. 7. 40



Nullam in regno suo tanto parebat malo remedium: erat enim regio infidelium, ubi pseudodii colebantur, quorum potentia ad talis morbi speciem curandam impotens habebatur. Accedat ad Deum Israel ubi vera viget fides eiusque cognitio: ubi sanctus eius refidet. Propheta Eliseus. Hic illi prescribit in remedium, ut lauetur septies in aquis Iordanis; Vade & laua te septies. Risum indicauit Princeps Naaman hoc remedium. Quia enim maiori virtute vigent aquae Iordanis, quam caeterorum fluminum? Et ad quid superstitiosa illa septies lotio repetita? An vna aut altera non sufficiat? Nihilominus ad seruorum & comitum suorum instantiam, se lauit septies in Iordane, quo & integram sanitatem consecutus est.

4. Reg. 5. 10.

Isa. 7. 6.

D. Hier. Inc. 47. Ezech. Tom. 4. Ho. 16. Ezech.

D. Chrys. Orat. 2. cit. ad finem.

Ecc. 11. 8.

Et restituta est caro eius, sicut caro pueri parvuli. O Iordanis aquae, quam estis efficaces, & quam sunt stupendi effectus tui! vobis reueratur dare desperatis morbis sanitatem, & infirmitates curare incurabiles. O peccator, quam te cerno Naaman peccatorum lepra vndequaque maculatum! A planta pedis usque ad verticem. Caput vauitatum turris est, oculi autem pleni adulteriis, manus plena sanguine, pedes ad malum currunt, lingua sepulchrum patens, de quo praeter detractionum & lasciuarum sortorem egreditur nihil, cor tuum plenum omni dolo. Remedium quaeris? quaeris conualescere? vade ad aquas Iordanis, in illis laua te septies. Notat Diuus Hieron. quod Iordanis significet, iudicium, & flumina Iordanis idem est ac flumina iudicij: Hic necesse est te immergi, his aquarum balneis lanari, non semel, aut bis, sed septies; vult dicere, interprete D. Gregorio, cunctis diebus, qui per septem hebdomadarum dies reuoluuntur: singulis diebus memento iudicij extremi, in quo tibi comparandum iudicis intende Maiestatem, qui te est iudicaturus: rigorosam rationem a te exigendam meditare, audi durissimam sine appellatione sententiam, tum temporis evanescendam, oculos fixos in consumentis ignis, cui peccatores addicentur, uenitatem. Propterea rogo (inquit D. Chrysostomus) a nutrice acceptos infantes, ne quae sabbatibus assus faciamus, sed ab invicente aetate desinamus, quod sit iudicium, quod sit supplicium, insinuat cornu animis. Hic metus si iudices egerit, magna bona facit.

Quam sapienter hoc dixit Spiritus S. per os praedicatoris illius facundissimi Salomonis. Si multo annis vixerit homo, & in his omnibus letatus fuerit, meminisse debet tenebrosi temporis, & die-

rum multorum, qui cum venerint, vniuersis arguentur praerita. Licet vixeris multis annorum centurijs: & his omnibus potius fueris, quae desiderare in hac vita potuisses, nullus praeteruolet dies, quae non memineris tenebrosi temporis, illiusque veridici diei, quo Vanitatis arguentur praerita. Paraphrasis Chaldaica nominatum legit, de tempore & die iudicij: & diuina quadam proprietate describit illud sapientis Praedicator illis duobus epithetis tenebrosum, & veridicum; vocatur tempus tenebrosum, primo; eo quod de illo Christus dixit, Sol contenebrabitur, & luna non dabit lumen suum. Mac. 24. & stelle cadent de caelo. & praedixerat Isai: Sol & luna obnebrati sunt: & stelle retraxerunt splendorem suum. Secundo: ut indicetur quam triste sit futurum tempus illud, quam horrendum & ab omni hilaritate alienum, quam curis implicitum mortalibus: confusione & pudore plenum ut nec videat, nec agnoscat peccator, quo sibi succurrat remedio in rebus huius desperatis.

Ob quam rationem communiter eum vocat S. Scriptura, Diem caliginis & tenebrarum. Dies Dominica, tenebra: & non lux. Quomodo si fugiat vir a facie leonis, & occurrat ei visus, & ingrediatur domum, & imitatur manus sua super parietem, & mordeat eum coleber. In quamcumque se partem vertet peccator, animae naufragium patietur: veluti si quis ex hac parte fugerit leonem, ex altera ei visus occurreret ferocissimus, & si volens se illo liberare, parietem ascenderet, inde serpens proflitet venenosus, qui dentibus manum eius configeret. Vocatur denique dies veridicus seu reuelationis, quia in illo mundi nobis vanitas manifestabitur. In luce meridiana clarius parebit, quam inanes fuerint, o Circe, diuitiae tuae quibus ira fidebas: quam vana, o Domina tua vultus elegantia, de qua tam erga Gabeira, heu, o dignitatum helluo; quam, stulta vestra honore praetensio: hic vocis illas emittes querulas, vanitatis tuae testes: quae ipse audiuit Salomon: Quid nobis profuit superbia, aut amittitur inebrietas quia contulit nobis? transferant omnia tanquam vana. Illo igitur die; & variatur arguentur praerita. Hic meliora doceberis: quis fuerit mundus, cui seruisti; deliciae, quas a deo tibi procurasti; caro, quam tam oppare coluisti. Hic cognosces, quis sit ille pauper, qui a te in Christi nomine poposcit elemosynam, quod adeo tibi molestum accebebat, & quanti valeat panis frustum Dei elargitum a-

No. pot. dicit. dicit. cat. I. Dies iudicij. dicitur diste. melior. nit.

more; cuius tam parua tibi fuit cura, o si te diebus singulis hoc lauteo balneo, quam fagus, quam vegetus, quam mundus euaderes.

Indicat Sapiens, quod si hoc egeris, licet sis viquequaque luxui deditus, tibi dare possit licentiam agendi quolibet, vide & addit: *Latere ergo iuuenis in adolescentia tua, & in bono sit certum in diebus iuuentutis tuae, & ambulo in viis cordis tui, & in intuitu oculorum tuorum, & scito quod pro omnibus his te adducet Deus in iudicium.* Soleo autem hoc declarare. phrasi illa loquendi D. Augusti. qua significat, quanti valeat amor Dei: tanti valet, inquit, ut si Deum diligas, & ab eius amore non te retrahas, tibi liceat quolibet agere: *Amo Deum. & scio quid quilibet: q. d. fieri non potest, si Dei conferues amorem, ut in Dei offensam agas aliquid; ita ait Spiritus S. impossibile est, moraliter loquendo, te habere viam extremi iudicii considerationem, si ut oportet, amentis tuae oculos versetur dies ille, & nihilominus peccare te graueret.* Quoties aliquid præ manibus habueris peragendum; scito quod pro eo adducet te Deus in iudicium. Quis in hi periuadeat, serena te posse laxare appetitui inhonesto, cuique petita concedere, ad talis ædes peruolare, si consideres, quod pro his sit te Deus condemnaturus, omnibus creaturis restibus oculatis, æternis gehennæ incendiis addicturus, & quod pro his momentaneis voluptatibus, vltimis ac defolatoriis flammis sis perpetuum exendus? Au dixerit fieri posse, ut istas proditorias technas quas in amici tui struis inasiamiam, pectore tuo foueres sycophanta, si mente reuolueres, has omnes & earum iustam retributionem, in forum & totius mundi conspectum proditoras? qua ratione in tam injurioso vltra progredi poteris contra te, si hoc tibi persuasibile, cunctas hic opes permansuras, propter illas contra te sententiam illam inaspicatam fore detronandam *Ita maleuolus in ignem æternum.*

Hac se consideratione præmuniuit Iob, in annuam securitatem, ne quid adferret animæ suæ detrimentum. Præclara sane verba; *Sed quod Redemptor meus vixit, & in nouissimo die de terra surreturus sum etc. Et in carno mea vixit Deus, quem visurus sum ego ipse, & oculi mei conspiciuntur sunt, & non alius. Reposita est hæc spes mea in sinu meo.* Res non est imaginaria, nec mea illa opinio, sed verò verior. *Sed. Quod Redemptor meus, sit futurus iudex meus, &*

in illo nouissimo die. ego ipse & non pro me alius coram illo sistendus sum, in totius mundi conspectu, & his illis oculis cum visurus, qui exactam a me rationem exiget omnium quæ cogito, quæ loquor, quæ molior. Dixeris sumphise metaphoram ex eo quod homini contingit, qui curatam ingreditur, plenam satellitibus, & veretur, ne in plateis singulis, & quolibet post angulos eum prestolentur, qui subito aggrediantur, vnus ex hac, alter ex altera parte, manus injiciant violentas, captiuum rapiant, carceri mancipent inauditum & inclementer. Comparat sibi securitatis tesseram, quam pectori affigit pendulam, vt habeat illam ad manum, & quo tempore satellites ei manus tentare injicere, & captiuum deducere, conspectum illam ei demoustrat, quæ etiam robustissimus apparitor impotens hæret, ne captiuum abducat in carcerem. Nouerat Iob mundum hunc abundare apparitoribus, qui animas rapiant, & carceribus innectant peccatorum; hos autem vocat Diuus Petrus: *Desideria, quæ militat aduersus animam;* & graphicè depinxit Diuus Paulus qui illos vidit, quæ sibi ratione insistarentur, hic & illic, vt captiuum abducerent: *Video autem altam legem in membris meis, retugnantem legi mentis meæ, & captiuantem me in lege peccati & mortis.* Hic inhonestæ quædam cogitatio, illic bilis motus inordinatus, ex illa parte ambitionis titillatio, ex altera desideria carnalia, lenocinia voluptatum. Quid hæc esse opinaris? Apparitores sunt vt te captiuum rapiant & mortis injiciant ergastulo, id est, peccato. Ad hoc autem adducebat Iob in securam tesseram extremi iudicii memoriam quam ita ad manum habebat, ac si eam in sinu gestaret, vt eam quacumque occasione subito produceret in sui defensionem. Insuper hoc ipsam Davidem in recta virtutum via conseruabat: vt sine timore, quo eum mundana hæc possent impedire, maiori securitate illam in trepidus percurreret: finalis enim iudicii consideratio, optima est & convenientissima ad timorem expellendum rerum temporalium ipsa veritate telle: *Nolite timere eos qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere.* Inquirunt Doctores, cur Angelus voluerit occidere Moysen? Dicunt quidam, eo quod secum uxorem ac filios adduxerat. Ita sentiunt D. Aug. Euseb. Theod. Sed ipse Theodoret: assignat hanc præcipuam rationem nimirum, vt illi timorem Pharaonis adimeret, sed hæc causa non fuit, sicut nec illa fuit quod non circumcidit filios,

III. Similitudo.

Rom. 7. 23.

VI.

Matth 10. 28. Exod. 17. 13. Theop.

filios suos. Probat autem hoc Theodoret. Primo: quia Sephora unicum tantum circumcidit filium. Secundo: quia in deserto non circumcidit Moyses Israelitas &c. quæ fuit ergo causa? Aliquid ergo aliud sibi Angelus volens, gladium nudatum ostendit: nam quia magnus Moyses Pharaonem formidabat, ac seipsum formidinem hanc declarauerat, modo dicens: quia sum ego, ut vadam ad Pharaonem Regem Egypti & modo mitte alium, quem missurus es, & rursus, tenui voce ardaque lingua ego sum. Ideo supplicium illi Angelus comminatur, timore timorem expellens, itemque maiori minorem, perinde ac si per nudatum gladium diceret, Pharaonem times? magis me time, qui nemine cernente plagam tibi facile inferre possum. Ut rerum caducarum timor expellatur, efficac assessorum remedium vniuersalis consideratio iudicii: quia nihil harum est, quod Dauidem à recta possit iustitiæ semita detorquere, si continentiam habeat iudicii meditationem. Et hoc ipsum Dauid indicauit, ut notat D. Chryl. verba quædam expendens: Quoniam omnia iudicia eius in conspectu meo, & iustitias eius non repuli à me & ero immaculatus cum eo, & obseruabo me ab iniquitate mea.

Congruè declarat Diuus Basilii consilium illud Spiritus sancti per os prophetæ Isaia datum prædicatoribus: ne sint iniqui, sicut vero immaculati: Lauamini, mundi estote, auferte malum cogitationum vestrarum. Qua ratione fiet istud? Querite iudicium. Lauamini, mundi estote, ut præfati sumus de Naaman, in balneis Iordanis, iuxta præscriptum Elset: Lauare se prout in Iordane, & mundaberis: Auferte malum cogitationum vestrarum &c. Cogitationes velut componite: Ad id vero faciendum: Querite iudicium. Loquitur (teste D. Basil.) sumpta metio iudicii raphora, ex patre, cui filius adoleuit insolentior est eens, incompotus, moribus dissolutus, hæc pædagogus indefessa eius est sollicitudo, ut illi compareret pædagogum virum senem, grauem qui nunquam de latere suo dimittat adolescentem, & timore subiectum contineat bene compositum, modestum, & quantumlibet sit dissolutus, solo huius senis aspectu perterritus introuertat. O quam peruersas patitur inclinationes filius ille vester appetitus? quam incompotus? quære in illud illi grauem pædagogum, qui cum componat, dirigat, coarctat. Quis erit ille? Querite iudicium. Addit D. Basil. ex Orig. Quod vobis pædagogus sit: Dum grauius distractionibus occupatis, si te coram illo statuas pædagogo; quam citò eris compositus, Quam mortificatus?

imitatus est D. Anbrosius. In illud: Status seruo eloquium tuum &c. hunc conceptum, D. Anbrosius, qui censet Dauidem hunc à Deo timorem expolere his verbis: Status seruo eloquium tuum in timore tuo, Vbi notat deductam metaphoram à columna, quæ, ut lectura & firma consistat, non concidat, necessarium omnes iudicant, ut super basim fortem collocetur: similiter, ut quis in virtute & mandatorum Dei obseruantia constans perseveret, necesse est timoris Dei innitatur fundamento. Addit insuper præclara hæc verba: Accipite de verbo Dei lectum in Canticu. Crux eius columna marmorea fundata super bases aureas, significans scilicet columnas esse Apostolos, qui fundati sunt in timore sancto. Hoc ipsum docuit Dauid, teste D. Basil. illos, qui salutem suam desiderant: Venite filij, audite me, timorem Domini docebo vos. Finiamus igitur, eo, quod Dauid nos, admonet: scilicet, id quod hominem reddit iustum, & in lege Domini perseverantem, est perpetua iudicii meditatio: Os iusti medietur sapientiam, & lingua eius loquetur iudicium. Hinc sequitur quod Lex Dei eius in corde ipsius, & non supplantabuntur gressus eius: Et id quod hominem peruertit, præcipitem agit, oculos excoecat, de peccato in peccatum agit, est, iudicii non recordari: Non est Deus in conspectu eius. In Hebræo verbum habetur Hêlêim, quod significat Deum, secundum quod iudex est. Nunquam homo iudicii recordatur, nec se coram tremendo illo ad stare tribunali meminit, nec strictissime illius se reddendæ rationis, nec sententiæ illius pertimescendæ, quam contra eum sine vlla est appellatione proloquutus. Quid hinc sequitur? Inquinata sunt via illius in omnitem-pore.

§. 2. Est hic articulus ab exordio mundi magis explicite propositus: quo Christus finem suæ imposuit prædicationi, quem & singulariter præcepit prædicari.

Confirmat hanc doctrinam D. Chryl. Et si diligenter inspicias totam S. Scripturam, nihil inuenies sapienter reperitum, nec viuacius propositum, quam hunc articulum in quem finem expendit multa & præclara S. Scripturæ de eo loca. Insuper si rem penitus introspicias, occurret tibi, quod licet Deus primæmus illis & antiquis annis nihil aliud ab hominibus exegerit, quam implicitam, & consulam

Crat. 2  
in 2. ad  
Thess.  
D. Ch.  
Psal. 17.  
23.  
In c. 1.  
Isa. 1.  
16.

D. Anbr.  
Tom. 4.

Psal. 111.

Psal. 111.

Psal. 111.

7

7

fidem grauiſſimorum ſidei noſtræ articuloꝝ, ſcilicet SS. Trinitatis, Incarnationis Verbi Dei, futuræ Redemptionis, mortis ſuæ, quam paſſus erat, triumphantis Reſurrectionis, glorioſæ Aſcenſionis, Sacramentorum tantæ efficaciz, gratiæ Spiritus S. ſacri Euangelij, & eorum omnium, quæ ad nouam ſuam legem pertinent; omnes tamen obligauit, in omnibus ætatis, temporibus, omnes nationes, vt hic iudicij articulus crederetur explicite, ac diſtinctè, & proprio nomine prædicaretur, proponeretur, publicaretur, & crederetur. Deinde & in huius fide explicita, voluit includi fidem implicitam cæterorum, quia, prout dicemus, hoc Apoſtolus inuicem noſtriſſima hæc ſua propoſitione: *Crederet enim oportet accendendum ad Deum quia eſt, & inquirentibus ſe remunerator ſit.*

Hier. 11. 6.

Quia vero fides indiget concionatore, vt inquit Apoſtolus, voluit vt à mundi incunabulis hic articulus prædicaretur, explicite, clarè, apertè, nullis laruis, metaphoris, figuris obſcuro. Quocirca prima coniectio, habita in mundo ad peccatorum conuerſionem, tetigit hæc materiam & qui primum effuſus eſt ſanguis, ac primum martyrium quod in Eccleſia celebratur in confirmationem fidei, in teſtimonium adducitur huius veritatis. Ita docet auctor Paraphraſis Hieroſolymitane qui in eo quod narrat in Pentateucho, magnam habet auctoritatem, vbi hiſtoriam ſcribit iuſti Abel, in hunc modum. Ira exardeſcit Cain, dum videt Deum manifeſtiſſis ſignis de cælo acceptum habere fratris ſui ſacrificium, ſuum verò dedignantem reſpice: eduxit eum die quodam foras in agrum: vt ſacer narrat textus: *Dixit ei: Egreſſiamur foras* Cæpit hic de Deo grauius conqueri, eum iniuſtitiæ, & acceptiõnis perſonarum acculare: cum videam, inquit, quòd acceptet, & gratum habeat ſacrificium tuum, meum vero illi diſplicet, illi nauſeet, ſed nec me tu melior, nec tua ſacrificia, meis pinguiora.

Gen. 4. 9.

I. Abel ſuadet fratri Cain in iudicij fidem.

Ne ſic loquaris, frater mi, reſponder Abel. Abſit vt ſit Deus iniuſtus, aut perſonarum acceptor, quinimo tanta viger in eo iuſtitia, vt ad integerrimam iuſtitiz ſuæ ſatiſfactionem, diem ſtatuert vniuerſalis iudicij, in ſui exonerationem, in quo rationem exiger, eorum omnium, quæ homines egerint, dixerint, cogitarint, & iuſtiſſima mercede bonis rependet æternam gloriam, malos vero ignibus puniet ſempiternis. Quamobrem, mi frater chariſſime, contende illi ſeruire diligenter, vt in illo die, beata tibi ſors obueniat, ſtomachum mouit Cain ratio

Hieron. Epist. de Laniis. Tomo 1.

hæc, quaſi iam eum vt damnatum iudicaret: lapidem arripit, in fratrem inſurgit, interrogat: Quod illud iudicium, & quæ hæc fabula: caput diſſindit, ſanguinem fundit innocenter, & vitam admittit iudicij primo prædicatori: Hic martyrum primipilus, hoc præcox martyrium in huius teſtimonium veritatis.

Prodit in publicum protopropheta, qui inter filios Adam numeratur ſextus, eius nepos Henoch, qui vt deprauatum vidit mundum, ad eius reparationem cæpit articulum hunc prædicare, voces edens ſtemoreas in omnibus plateis, foris, vijs, huius, congregationibus, iudicij proponit fidem, tam clare, tam diſtinctè, quaſi iam ſuper eos irrueret. *Prophetauit ſepiternus ab Adam Henoch, dicens: Ecce venit Dominus in Patria ſanctis militibus ſuis facere iudicium, contra omnes, hæc prædicantur omnes ſcriptis de omnibus operibus impietatis eorum, quibus impiè egerunt. Mundo vero ſidem iuro ſuis ſceleribus in petus tuente, miſit Deus dicitur prædicatorem Noè, cuius thema propoſitum, Iuda. 5. declamatum, publicatum, hic erat fidei articulus: ob quam rationem à D. Petro honoratur: *Præco veritatis: Post hunc elegit Deus Abraham in populi ſui patrem familias, & credentium omnium caput, & ſtatim in initio, velut beneficiorum quibus eum decreuerat extollere, fundamentum, oſtendit illi, ſicut declarat D. Aug. hunc iudicij diem in ardentiffima illa fornace, cum quadam animalium & auium bipartitione tam ſtupenda, vt eam conſpiciens ita cæperit toto corpore præ nimio horrore contremiſcere, vt vix ſui composenſibus corrueret deſtitutus: ſic rem exponit Spiritus S. his verbis. *Sopor irruit ſuper Abraham, & horror magnus & tenebroſus inuaſit eum. Hoc uomen Sopor legunt Septuag. Extasis magna. Græco textu dicendum: Exitus: quaſi extra ſe rapetur. Hunc ſecutus eſt magnus ille Priocæps, at maior S. Iob, omnium Prouinciariarum Arabiz prædicator vniuerſalis, cui quocumque eſſet, cathedram & pulpitum erigebant: huius erat adhortatio ordinaria: *Seiote eſſe iudicium fugite à facie gladij. Ad diem Iob 19. 29. perditionis ſeruetur malus, & in diem ultionis & 20. 30. ducetur. Succeedit Moyses primus Dux populi Dei, cuius manibus lex prima tabulis inſcripta lapideis traditur populo prælegend; & id quod frequentius ac ſyncerius ore proferebat, & quaſi concionibus ſuis impoſuit colophonem, cæteris ſolemnioꝝ, ad hoc cælum & terram inuocans auditores: fuit proteſtatio publica, non tantum veriffimum eſſe iudicij articulum, ſed iam eorum capitibus immine-****

8

II.

Lib. 16. de ciuit. 5. 24.

Ser. 15. 18.

41 hoc



UNIVERSITÄTS- BIBLIOTHEK PADERBORN



hoc varijs loquendi formulis repetens: *Iuxta est dies perditionis: iudicabit Dominus populum suum; vindictam retribuet in hostes suos.* Adelt David Rex illustrissimus populi Dei: Qui hoc maxime cordi habuit, peccatoribus concionari: *Docebo Pf. 149.6. iniquos vias tuas.* & hoc articulo Psalmos suos exorditur. *Non resurgent impij in iudicio.* Et eo ordine profequitur, intersecat, & concludit: vt vix Psalmum perlegas, qui de eo non faciat mentionem; & his imponit Epilogum. *Exultabunt Sancti in gloria, latrabuntur in cubilibus suis &c. Gladij accipites in manibus eorum, ad faciendam vindictam in nationibus, &c.*

Vener. 32. 35. Pf. 149. 6. III. Item Propheta.

Subintrat Prophetarum chorus, quorum coriphæus Isaïas, vt vidit sanctam Hierosolymorum ciuitatem, alteram Sodomam factam, in prima sua concione vbi auditores confluerant purpurati omnes, ciuitatis nobilitates, consiliarii, gubernatores in spiritalibus & temporalibus, post expositas eorum non ferendas nequicias, & Dei summam displicentiam, ac indignationem, hoc primum omnium tanquam prologum tantis reparandis malis conuenientissimum, proposuit, nimirum Dei iudicium: Hinc incipit curationis suæ præscriptum:

Isai. 1. 17.

*Quærite iudicium.* Et vix vllum ex sexaginta sex eius prophetia capitulis scriptum legitur, quod hunc non prædicet articulum, vel eius non meminerit. Subsequuntur cæteri omnes, eo ordine & modo quod licet omnes, non omnes tractent fidei articulos, nullos sit tamen eorum, qui de eo non clare, ac distinctè prophetizet, idque insolito quodam modo loquendi, minus, terroribus, anxietatibus, pressuris &c. Insuper & eorum postremus Malachias finem imponit prophetiæ suæ locutioni verbis his adeo formidandis, vt auni plurimi, breuissima ac paucissima forent horæ, vt quis verbotum energiam, & emphasim explicet singulorum:

Mal. 4. 1.

*Eccce dies veniet super vos quasi caminus, & erunt omnes superbi. & insinmabit eos: dies ueniens, dicit Dominus exercituum qua non derelinquet eum, va dicem & german. Finio, tota S. Scriptura, hinc exorditur, hoc profequitur, hic finit. Eius prima verba sunt: In principio creauit Deus caelum & terram. Ex Hebræo habemus Heloim: quod significat Deum vt iudicem: q. d. Iudex in principio creauit caelum & terram, vt infra dicemus. Vltimum verbum Apocalypsis sic habet. Postquam desierat Christus loqui cum D.*

Mat. 24. 1.

*Ecce ego mitto ad vos duos & tres prophetas, sapientes & scribas, & vos occidetis, crucifigetis, & interficietis. Et ego mitto ad vos Moysen & Eliam, & vos occidetis, crucifigetis, & interficietis. Et ego mitto ad vos Ieremiam & Iesum, & vos occidetis, crucifigetis, & interficietis. Et ego mitto ad vos prophetas & sapientes & scribas, & vos occidetis, crucifigetis, & interficietis. Et ego mitto ad vos Moysen & Eliam, & vos occidetis, crucifigetis, & interficietis. Et ego mitto ad vos Ieremiam & Iesum, & vos occidetis, crucifigetis, & interficietis. Et ego mitto ad vos prophetas & sapientes & scribas, & vos occidetis, crucifigetis, & interficietis.*

Apoc. 22. 1.

*Et ego mitto ad vos Moysen & Eliam, & vos occidetis, crucifigetis, & interficietis. Et ego mitto ad vos Ieremiam & Iesum, & vos occidetis, crucifigetis, & interficietis. Et ego mitto ad vos prophetas & sapientes & scribas, & vos occidetis, crucifigetis, & interficietis.*

iunctis manibus præstolatur: dicens: *Veni Domine Iesu.* Denique rem notatu dignissimam docet D. Petrus, quod dum Christus Apostolis præcepit prædicare Euangelium in toto mundo, particularem mentionem fecerit, inter alia mysteria eius quod magis explicitè deberent, hominibus annuntiare, nimirum hunc de iudicio articulum. Hoc illis verbis indicauit: *Man, ducimus & uisimus cum illo, postquam resurrexisset à mortuis, & præcepit nobis prædicare populo & testificari, quia ipse est, qui constitutus est à Deo iudex uiuorum, & mortuorum.* Quomodo dicit, o Dei Apollote, quod vobis hunc præcepit articulum prædicare? An non vobis præcepit iam cælum ascensus, prædicare totum suum S. Euangelium? *Prædicare Euangelium.* Et si mysterium aliquod in particulari iussit prædicari, an non hoc baptismus fuerit vel penitentia. *Oportet in nomine eius prædicare baptismum & penitentiam?* Non abauo: verumtamen magis adhuc in particulari illud mysterium, vt siue in & terminum reliquorum, & quod cæteris efficacius possit peccatores ad penitentiam per-mouere: Prinde quotidiana erat hæc Apollolorum prædicatio: *Quia ipse est qui constitutus est à Deo iudex uiuorum & mortuorum.*

Hæc adeo erat Petro Apollolorum Principi familiaris, vt eam etiam epistolis suis ex proposito inserat, dum ait, vt inuigilent, quia ueniet dies Domini. vt fur, & præcedet ignis excensum, quidequid fuerit in mundo. D. Iacobus in epistola sua idem repetit: *Aduentus Domini appropinquauit &c. Ecce iudex ante oculos esset.* D. Iudas Thadæus Apollolus contenti hereticorum quorundam comprimere insolentiam, qui insurrexerat, & Prophetam Henoch expendit, qui ab ipsis mundi primordijs dixerat: *Eccce uenit Dominus in sanctis millibus suis facere iudicium.* Denique ipse Apollolus D. Paulus, hanc ordinatam materiam in suis concionibus proferebatur, & eam Thessalonicensibus tantæ prædicabat energia ac spiritus feruore, vt omnes velut attoniti obstupescerent, vt nec loqui auderent, nec tractare negotia, nec ministri suis fungi muneribus, nec seminare agricolæ, nec terram colere, ita venturi iudicii timore respiciantur extatici, quasi iam illis tremenda instaret dies illa Domini: in tantum vt necesse fuerit Apollolum aliam illis scribere Epistolam, qua est secunda, in qua illos animaret ac declararet, non tam subito ac inexpectato diem Domini aduenturum. Et notat D. Chryso-  
Quod Apollolus inter prædicandum aliquo-

etis leniter & per transennam, hoc tangebat mysterium: quia quando illud ex professo explicabat, tantis auditoribus horror, tremor ac metus invadebat, ut nec operari artifices, nec edificare cæmentarij, nec arua colere rustici, nec negotijs se dare mercatores præsumerent: omnes tremere. Hæc omnes, omnes ingemiscere: O prædicator cælestis, o tuba Evangelica, o qui tuo gauderes spiritu: & quis nobis concesserit, ut nobis vel vicam saltem haberes concionem, quâ, in nos ipsos reverteremur, tantis vanitatibus valediceremus, tot nequitijs omitteremus, à mundi curis vel parum desisteremus, quibus tam graviter implicamur, & ei, quod tanti nobis referit, attendere solliciti. Est porro hoc adeo verum ut ipse Christus, nullum Evangelij sui mysterium ita clarè, distinctè, ac nervosè docuerit, prædicarit, & inculcavit, quam iudicij diem vniuersalis.

Nec hoc multum aut mitum, cum vna fuerit hæc causa particularis, ob quam à Patre æterno missus fuerit in mundum, nimirum, ut ipse proprio suo ore iudicij diem annuntiaret. Ad hoc intellegit Theodoretus dicit hæc verba Patris cælestis de filio suo iam incarnato. *Ego electus meus &c. dedi spiritum meum super eum, iudicium g'niibus præferet.* Quinimo & huius articuli prædicatione tuis finem dedit concionibus appropinquante suæ mortis hora, & ipso eam Patri offerente ingressus Ierusalem pompa illa triumphali die Palmarum, & in eorundem quadragesimæ suæ iam diuturnæ quàm strictæ, triennialis scilicet prædicationis habere voluit illam vltimam non vnius horæ, aut diei, sed triduanam concionem, Lunæ, Martis, Mercurij, quam nobis descripsit D. Mattheus à capitulo 21. vsque ad 25. In qua postquam egit de occasu & destructione futura malæ fortunæ illius ciuitatis & templi, transit, & de fine mundi ac iudicio extremo tractatum instituit, fusè declarat, signa huius prænuntia diei Anti-Christi aduentum, rationes quibus omnes obstringimur vigilare, adductis in medium tremendis illis & notissimis parabolis de decem virginibus, de talentis, & reseruat ve suæ concionis epitomen Evangelium hodiernum, in quo latissimè & tot circumstantiis, ac adeo in singulari nobis exponit, qualis sit futura iudicij dies vniuersalis, cuius hæc erit vltima resolutio. *Ibunt hi in supplicium æternum, iusti autem in vitam æternam,* sic ut videatur eum prædicationem suam eo modo, quo nos nostram, concludere scilicet: Hic per gratiam, ibi

per gloriam: his totam suam finit concionem: quia hæc finita, narrante D. Mattheo, illico colloqui cepit cum discipulis de celebratione Paschatis, in quo mori proposuerat. *Et factum est, cum consummasset Iesus sermones hos omnes, dixit discipulis suis. Scitis, quia post biduum Pascha fiet, &c.* Hæc Christi mens fuit, ut verba illa tanquam vltima cordibus nostris firmiter inhaerent: quia postrema verba parentum & sapientum, & Prædicatorum, esse solent talia, ut communiter pro epologo ferrent doctissima quæque, grauissima, ac maximè necessaria.

Eadem fuit & Spiritus S. voluntas, ut attentius perpendere vltima verba, quibus David prophetias suas concludebat: *Hæc sunt verba II David nouissima* Ita & Tobias filium suum con-

teltabatur, ut postrema patris sui verba radicem visceribus eius figeret velut lapis omnium, quæ sibi forent per totam vitam agenda, fundamentalis: quia sibi persuadebat hæc fore eius ad filium suum vltima: *Audi fili mi, verba oris mei &c. in corde tuo, quasi fundamentum construe.* Hæc est de iudicio concio, vult Christus in cor, de nostro, quasi fundamentum ac basis constructur, eorum omnium; quæ ab eo forent prædicanda. Idem ut opinor, voluit nobis dicere, quod excellentissimus ille prædicator, qui quitalis, hoc cognomine decoratur Ecclesiastes, id est prædicator. Hic concionem habuit in qua egit de omni re prædicabili, & hæc in illa attentionem commendaret ad ea, quæ prædicabat, atamen singulari quædam præcautione præmonuit auditores, ut omnes, nemine excepto, aures ad epilogum erigerent apertissimas, quo concionem suam fustissimam finiret, proinde his eor verbis præmonet: *Finem loquendi omnes pariter audiamus.* Sapientiores Prædicatores in finem concionis reiiciunt instructionem salubriorem, quæ ut vltima audita memoriæ tenacius inhaereat, vnde solent suos præuenire: Hoc ex hodierna concione vobis attripite, hoc memoria retinere, hoc domum reportate: Ita Ecclesiastes: *Finem loquendi, omnes pariter audiamus.* q. d. omnes æqualiter me audite, dilatatis auribus: habeo enim quod vobis dicam, maximè in salutem vestram, ex quo dependet totius vitæ vestræ fors aut bona aut mala: Diuersa dixi, quæ diuersas tangant personas instruxi & diuites & pauperes, nobiles & plebeios, modo sanos, modo infirmos, modo Ecclesiasticos nunc seculares, iustos & peccatores; modo audiamus pro conclusione id quod omnes tangit

tangit; ut nec meipsum velim exceptum: eo quod & meae expediat saluti. *Omnes pariter audiamus.* Quid nobis gestis proferre, & praedicator celeberrime, quod sic captes plebis attentionem? quid ita nobis conveniens, ut omnes nos ita praeveneris illud ut audiamus? *Deum time, & mandata eius observa, hoc est enim omnis homo, & cuncta quae sunt, adduces Deus in iudicium pro omni errato, sine bonum sine malum illud sit.* Tangit omnes aequaliter haec admonitio. In caeteris interest discrimen; quod enim diviti praedicatur, pauperem non tangit: nec id quod Ecclesiasticis, ad saeculares pertinet; quod prodest infirmis non convenit sanis. Illud verò, omnibus aequaliter convenit; omnes enim manifestari oportet ante iudicis tribunal, quinimo & nos ipsi, qui vobis haec praedicamus; omnium sunt examinanda opera, cunctorum causa iudicanda: divites & pauperes, Ecclesiastici & saeculares, Domini & subditi, nobiles ac plebei, praedicatores & auditores, omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi, & hoc est quod Christus ait: *Congregabuntur ante eum, omnes gentes.* Si hoc ita sit: *finem loquendi pariter omnes audiamus:* intelligamus concionis Christi compendium, ultima eius verba, quae spectant ad omnes. *Cum venerit filius hominis.*

2. Cor. 5.  
10.  
Matt. 25.  
30.

§. 3. Tria principaliter in iudicio sunt attendenda, quae Christus in Evangelio notat.

**I.** V Etum fateor, infinita de finali iudicio esse ponderanda, quorum vel minimum sufficiat, ad nostras reprimendum vanitates, dissolutiones, ac lascivias refrenandum: atramentum tria particulariter expendit D. Chrysostr. quae caeteris praecellunt, ac singulari quodam loquendi modo describit & nobis proponit Christus Saluator: haec sunt Majestas, auctoritas, ac potestates suprema, quae iudex & arbiter toti mundo apparebit; districtissima omnium causarum exactio; & diligentissima omnium rationum inquisitio; sententia ultima, ac definitiva, sine appellatione, quae prompte ac scilicet executioni mandabitur, *In sternum.* Quamdiu Deus, Primus: Deus est. Ad hoc sunt haec horrenda, & terribilia iudicis, ut sit impossibile homini mortali haec majestas, considerare attentius, nec tamen in stuporem capi aconitum: licet mortalium sit robustissimus, licet, addo quid amplius, in se coniunctas habeat vires omnium ducum, quos fama

L. vit. de  
separat.  
Injst.

ferre, celeberrimos, ipsorum leonum, & si placeat, omnium creaturarum. Ob quam causam S. Scriptura teste D. Chrysostr. eodem loco, dum saepe numero nobis obiicit iudicis adventum, eiusque iudicium, ait: cæli à facie eius desluent & consumentur, montes annihilabuntur, rupes & petrae dissolventur ut levis vapor, mare exsiccabitur. Ita nobis describit illum Propheta Michaeas: *Audite populi, & ecce Dominus egreditur de loco suo, & descendet & consumentur montes subus eius, & valles scindentur, sicut cera à facie ignis, &c.* Et Nahum Propheta: *Emu. Nab. 1.2. lator Deus, & ulciscens Dominus: ulciscens Dominus, & habens furorom: ulciscens in hostes suos, & irascens ipso inimicis suis &c.* Dominus in tempestate, & turbine &c. *Lucy: panis mare, & exsiccat illud: infirmatus est Basan & Carmelus, &c.* Montes commotis: *unt ab eo, & colles à solati sunt, & contremuit terra à facie eius.* Audi Prophetam Isaiam. *Accelitate gentes & audite, &c.* Indignatio Domini super omnes gentes, &c. Et *roboret omnis militia caelorum, &c.* & omnia militia eorum defluat, sicut defluit solum de vinea, & de ficu, &c. si in ipsis rupibus, ut æs, obduratis, nulla vis inest tanta, quàm in ipsius iudicis quæant subsistere praesentia, si cæli caelorum ex natura incorruptibiles, si stella ut cera liquefcaut, qui fieri poterit, ut homo corruptionis obiectum possit consistere, quin millies moriatur, si mori possit millies.

Ad rem valde congruè ponderat D. Chrysostr. Prophetæ Malachiae verba: *Ecce venit, &c.* Et quis poterat cogitare diem adveniens eius: *Aut quis scabit ad videndum eum?* Nota, *Quis scabit, li 2. David, cuius virtutum comparatione, leonum vires erant ut agriculorum, & eorum ossa, ut cuniculorum, vnius tantummodo Angeli conterritu, qui evaginatam manu vibrabat gladium, pedibus non sperneret subsistere, in veus eius sanguis ita congelarit & nimio frigore constringeretur, ut postmodum nec pelibus, nec ignibus, nec fomentis poterit recalescere.* *Quis scabit ad videndum eum?* Si Propheta Daniel conspecto Gabrielis Archangeli vultu instar solis fulgentissimi, qui tamen cum venit solaturus, de seipso fateatur: *Non remansi in Dan: me fortitudo, sed & species mea immutata est in me & emarsui; nec habui quidquam virtutum, (de quibus infra) Quis scabit ad videndum eum: Hoc credunt aliqui, iudicare voluisse nocentibus semel mori, post hoc autem iudicium.* Hoc ita ait: *Hoc ita ait: Dei sapientia, ut peris cuncti moreantur, & possit.*

1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30.

II. & postmodum iudicium indiceretur. An non potuit disponere, vt iudicium omnium hominum mortem præueniret, in quo peccatores morte corporis ac animæ puniret æterna, & in iustis finem acciperent carnis infirmitates? Sic expeditabat, vt primum omnes morerentur. *Statutum est hominibus.* Fortes, debiles, pusilli, ac magni, sani ac infirmi, animosi & meticulosi, omnes vitam hanc mortalem deponerent: quia nullus in hac caduca vita, viribus præualeret vt se in iudicio susteret, qui non prius defecisset, mortuus esset ac penitus consumptus; Proinde conueniebat, vt prius fragilis hæc nostra vita deficeret, quæ potest deficere, & in vitam resurgentem immortalem quam nec ipse gehennalis potest ignis consumere, aut in nihilum reducere, vt in illa possimus aditare iudicio, & consistere coram tanti iudicis maiestate, dare rationem eorum, quæ quisque egerit, audire tremendam illam sententiam: *Ite maledicti in ignem æternum.* Satis congruè huic doctrinæ exemplum legimus in Speculo Exemploctum distinct.

III. Exem. plium. 9 § 93 de quodam Religioso, cuius defunctus erat intimus amicus, de cuius animæ statu certum quid scire præoptabat. Apparet defunctus, illum Religiosus interrogat, quid rerum post mortem ageretur: respondit defunctus altissima ac tremenda voce, ter idem repetens: *Nemo credit, nemo credit, nemo credit* q. d. vt ipse declarauit: Tria sunt maxime formidanda, & itupenda, quæ nullus hominum in hac vita mortali ferre valeat, nec ipse iustus, qualia sint, sibi ad fidem persuadere, quàm strictus, seuerus & horrendus sit iudex: quàm exactè rationem exigat, vt nec minimæ cogitationis atomum omitat: & quam intolerabiles, excruciantes, & obtupenda sint pœnæ, ad quas damnat peccatores. Obrigit Religiosus ille, & tu quoque emarcesceres, si hoc tibi contingeret, & ni fallor, illud hinc sequeretur, quod ab Abraham iusto requirebat diues Epulo, quod si talis tibi defunctus appareret, illudque prædicaret, indubiè strictam & veram ageres penitentiam. Arramen non iudicauit Abraham hoc esse necessarium, quod sufficeret, illis hoc per Prophetas & Prædicatores intimari. Et multo minus nobis hoc necessarium: cum nec illi soli, verum & ipse Christus verus Deus, qui venurus est iudex, ille ipse nobis hoc prædicet, & quæ futura sunt prædicat, tam distinctè tria illa, debitis circumstantiis explicat, tanto verborum pondere exaggerat, tam clarè sine parabolis, inuolueris, ac metaphoris: vt si apertas erigas ea aures, hæc sola ad

tui salutem sufficiant sempiternam. Eia igitur inspiciamus.

§.4. Cum venerit. Primum, iudicis attenda maiestatem: etenim nulla erunt vires, quæ coram illa possint subsistere.

Primum, quod nobis Christus exponit maiestas est, autoritas ac præcellentia iudicis. *Cum venerit filius hominis in maiestate sua. Ex omnes Angeli eius cum eo. tunc sedebit super sedem maiestatis sue.* Solent terreni Principes cum adducere apparatus, qui ei, quod præ manibus habent, conueniat. Ad venationem vellem in diuinitate leuioris materiæ: ad prælium armaturam, thoracem ferreum, galeam æream, pectorale æuenn, ad nuptias elegantem habitum; vt circumeant ciuitatem incogniti, pallium commune ac vulgare. Multo melius nouit hoc Deus: Voluit in mundum venire sed incognitus, vt nos laboribus, pœnis, doloribus, ieiuniis, vigiliis, flagris, spinis, clauis, eruce, &c. redimeret, habitum assumpsit ad hoc, vt ipse per os Davidis declarat: *Corpus apstasi mihi*, ita citat eum D. Paul. corpus mortale, passibile, doloribus subiectum, & ita ad hæc dispositum, vt domus propria & canalis eorum fuisse videatur. Ob hoc vocat eum Isaias, *virum dolorum.* Sicut enim cisteria locus est recipiendis aquis aptus, quo omnes magno confluunt impetu: ita licet nobis Christum considerate, velut profundum puteum tormentorum, dolorum, vulnerum, quo hæc omnia confluxerunt, vbi conqueuerunt: hæc eius intentio vt ipse omnium solus solueret pœnas peccatorum: ad hoc autem habitum induit peccatoris. *In similitudinem carnis peccati.* Quem adeo ad viuum expressit, vt cum cruci esset affixus, illi ipsi, qui eum intimè nouerant eum viderentur ignorare, eò modo, quo dixit Isai. *Non est species ei, neque decor. Ecce desiderauimus eum: despectum & nouissimum virorum vnde nec reputauimus eum.* Qui tam genuinè sciuit assumere figuram à se tam alienam, & qui tam appositè ad id præparauit, quod erat ei tam peregrinum, & à sua natura tam distans: quàm graphice propriam poterit representare figuram, & quem non induet habitum adeo conuenientem, vt perficiat, quod ei tam est proprium: quæ Maiestate, qua gloria quo splendore prodibit: *Cum venerit filius hominis in maiestate sua.*

Quando in nostra venit humilitate & vilitate, tum appositè se illa vestiuit, licet ille tam et

14  
I.  
Maestas  
iudicis  
explica-  
tur simile  
litudine.  
Hebr. 10.  
Eph. 3.  
Isa. 53.  
Rom. 8.  
Isa. 53.  
alieu



alienus esset amictus : qualis veniet, quando veniet in maiestate sua ? nihil magis, nihil distinctius dici potest. Magna est terreni Regis Maiestas, ut sapius potentissimi, ac sapientissimi quique in eorum conspectu perturbentur : porro in rei veritate sicut eorum regnum est fictitium, sic & eorum fictitia maiestas, diuinæ maiestatis ac regni intuitu : cuius respectu omnis maiestas Regum, Monarcharum, insuper & Angelorum omnium, ipsis minimis atomis seu vilissimis pulvisculis est inferior : ipse, qui, ut pateretur voluit esse solus, quasi qui se sine oppositione vendit, & quando suam inchoat passionem, proelatur : quod & Angelos in sui defensionem habet paratissimos, eorum tamen nullum secum voluit. An putas : quia non possum rogare Patrem meum, & exhibebit mihi modo plusquam duodecim legiones Angelorum. Quam allociatus veniet, quando se Regem omnium Hierarcharum ostentabit ? Omnes Angeli eius cum eo. Omnes nullo excepto cum illo venient. O quam splendens exercitus, quam potens exercitus, quam robustæ legiones ! Vnus eorum miles, nocte una interfecit centum octoginta quinque millia militum de castris Regis Sennacherib, nec ob tantam stragem vel minimum defatigatus, facilitate tanta, quanta tu posses mouere vel oculos : quid tor efficiet, quorum numerum nec summus valeat comprehendere Arithmeticus ? Numquid est numerus militum eius ? Communiter illos Spiritus S. constringit dicendo : Millia millium ministrabant ei, & decies millies centena millia assistebant ei. Et David : Decem millibus multiplex millia. Quo residebit throno ? Sedebit super thronum maiestatis sua. Thronus erit sua dignus maiestate : hoc iudicat dum repetit. Cum veneris in maiestate tua, sedebis super thronum maiestatis tuae ; quia cuncta tantæ conuenient maiestati : quis ille erit thronus ? Tale illud solum est tam magnificum & augustum, (inquit D. Gregor. Nyssen. in orat. sup. illud. Quod uni ex mini.) Quod in se capias illum cuius nullus locus capax est. Proinde mihi persuadeo : fore magis augustum, ipsis cœlis, ac sideribus simul iunctis ; & maioris splendoris, quam cætera omnia, quæ Deus creauit : cum futurum sit solum, splendidissima sua dignum maiestate. Quale erit hoc solum !

15 Sacra Scriptura figuram non inuenit, qua clarius hoc explicet, ut notat D. Chrysof. quam sæpe sapius repetendo, quod coram eo, sol obtenebrabitur, nigrescet ut carbo, luna non dabit lumen suum, nec multum, nec parum, stellæ ita obscurabuntur, quasi de cælo decidissent, turba-

bitur mare, montes subsilient, petre colliquescent. Ipsi cœli stupebunt attoniti, nec suos temperabunt motus. *Tabesceat omnis militia calorum.* *Isa. 34.* Quid tum infelix peccator ? Illic licebit videre tantæ maiestatis Dominum quem toties es aspernatus : Illic agnosces, quis sit ille, quem tam grauius, solutis habentis offendisti. In huius rei declarationem exponit D. Chrysof. quædam loca S. Scripturæ, & nominatim id quod superius iudicauimus, de Daniele Propheta : cui Deus quasi prima delineamenta voluit huius ostendere maiestatis, inter noctis umbras, *In visione nocturna.* Vidit figuram quandam perimaginifici throni conformis maiestati eius, qui in eo considerabat, eiusque apparatui & comitatu. Et cum non nisi umbra esset, dium, ac prima delineamenta quædam, idque per noctem, ac Daniel ille esset, qualis erat, ad prodigiosas natas visiones, illico tamen inhorruerunt ei capitis capilli, (spasmo corripitur quid cogitet ignorans ita mentis inops turbatur, ut ipse dicat.

*Horrui spiritus meus ; ego Daniel territus sum.* *Dan. 7.* in iis, & visiones capitis mei conuerberunt *us. 14.* Expendunt omnes, id quod narret, & paulo superius tetigimus, ad cuius expositionem sic incipit : *In diebus illis, ego Daniel.* Volo ego Daniel tibi narrare quæ vidi : Emphaticum est, in exordio ponere. *Ego Daniel.* q. d. iam, quis sim, notum est. Ego Daniel ex familiaribus Dei amicis, notissimæ sanctitatis, virginialis puritatis integer, proinde à Deo electus, in suorum arcanorum expositionem, & eius ore plurimum commendatus. Audi igitur id, quod illi contigit. Dei misericordiam pro populo postulatorus, ne in vacuum preces funderet, strictis ieiuniis, lachrymosis gemitibus, se se preparauit : tribus hebdomadis continuis permansit ieiunans : numquam toto illo tempore suos detexit oculos : hæc enim efficacis oratio, ad Dei misericordiam impetrandam, cum ieiunium, lachrymæ, afflictiones corporis & animæ comitantur dans indefuenter.

Miseratus est eius Dominus, magnoque eum afficere voluit beneficio non tantum eo, quod rogabat, concedendo, insuper ei delegando ipsum Archangelum Gabrielem vel afflictum erigeret, hæc bona noua in eius solatium nuntiaret. O quæ gratia ! dum inter alios socios, & Dei seruos veriat, ecce apparet ei Gabriel Archangelus, & vit vestitus lineis & in signum fortitudinis, lucebat vultus eius, radios, ut fulgura emittens, oculi eius ut ardentes faces, corpus iustarum chrysoliti, lapidis splendidissimi, brachia & femora iustarum ænis candentis. Prosequitur ipse : *Vidi Dan. 10.*

Mat. 23.

Cob 25.3.

Dan. 7.

Ps. 67. 18.

15 Lib. de re par. lapsi sui.

Lat. 10.

152

ego Daniel solus visionem; porro viri, qui erant motum non viderunt, sed terror nimius irruis super eos, & fugerunt in absconditum. Ita ut nullo loco tutos se posse consistere arbitarentur. Si ergo Archangelum non viderunt, unde sic terrentur: de quo fugeritis pusillanimes? quem timetis, serui Dei: quid est hoc, quod vos agit in absconditum? ob metum inanem metuistis. Hæc est ratio quod licet ipsi non viderint, lucis tamen ipsius radium quemdam perceperunt. Congruè perpendit D. Gregor. hoc nobis à natura innatū, ut quælibet natura inferior contremiscat, si circa se naturam aliquam perferant superiorem; quomodo non trepidat Cereus, ad solius venatoris aciem, aut canum odorem, licet illos minime videat? quomodo non obrigeat coram leone agniculus? quis metus non inuadit perdicem, ad solam vmbriam aquilæ? Hinc causa deducitur, curte aliquando tantus arripit tremor, quando nodu in cubiculo, tæte noctis tenebras, strepitum percipis, quem tibi non esse huius mundi trepidus imaginaris. Quis tibi timorem intulit? Apprehendis naturæ superioris præsentiam, siue animæ, quam te superiorem credis, vel diaboli, aut alterius, non huius mortalitatis: sic accidit sociis Daniels, strepitum perceperunt, vel splendoris fulgorem, vel Archangelæ claritatem: hoc solo, terror nimius irruis super eos: habent signula verba suam energiam. Terror nimius, horror, itupor & spasmus irruit super eos; qui omnem eis animum, & vires eripuit, eos deiecit, prostravit, pluiquam si super eos altissimus mons irrueret, fuga sibi consulunt, tanta pedum celeritate, ut ne quidem abstrusis speluncis, se securos tutosque confidant: quisque etenim super se totum mundum esse rursurum formidabat. Tu vero Daniel in tali occasione, quis tibi animus? quæ vires? opinor, cum scires quid rei hoc esset, ut qui coelitus diuina accipere assuetus beneficia, quod totus animæ quior permaneris, à timore liber & tanto securior, quanto socij timidores: falleris; plus ego ceteris omnibus capui: Ego autem relium solus vidi v. sonem grandem hanc, & non remansit in me fortitudo, sed spes mea immutata est in me & emarcenti, nec vobis quidquam virtutum, & incedebam consternatus super faciem meam, & vultus meus adhaerebat terra. Quo ascendere potest alius terror quisquam, aut itupor: quid videris, o vir sanctissime, quod sic te detecit: sic consternaris, sic emarcescas, tubens linguecat color, vires deficiant? sicine staccetis sicine pusillanimis, dicam abripiris exanimis? Angelus est mihi in solatium missus, qui de caelo responsum

deferat expectatum, gratissimas ex parte Dei epistolas, quibus petitioni meæ per omnia indulgetur. Quid ergo hæc tibi propter illum? Vtiquet quia tanta Angelus apparuit maiestate, splendore tanto, & claritate lucidissima, ut vel vnicus splendoris huius radius sufficeret cunctis metū meis incutere sodalibus. Si vnus Angeli splendor, & quæ veniebat maiestas, ad id tamen, ut cum solaretur, misericordiam promitteret, gratiam & desideratam ab ipso Daniele peccatorum remissionem, qui vtiq; ut cum Deo eiusque Angelis familiarius ageret, videbatur natus: quid erit: Cum videris filius hominis in maiestate sua, & omnes Angeli eius cum eo? Quid tam pasendum, (quærit D. Bern.) quid tam plenum anxietatis, & vobemissima sollicitudinis excogitari potest quam iudicandum ad stare illi terrifico tribunal. & in certam ad huc expectare, sub tam districto iudice sententiam? Hanc supremi iudicis maiestatem eleganti carmine decantauit Tertull. Hæc curiosus videat lector: sic exorditur: Ipse sedens Dominus sublimi lumine clarus, &c.

S. 5. si beatissimi tremiscant Angeli, qui aget peccator? In nihilum reductur & trisurabitur, inquit Isaias.

**A**D hoc autem exponendum, nullum aptius, opinatur D. Chrysol. argumentum, præter id quod nobis facit textus suggerit Repar. tantam fore iudicis maiestatem, ut ipsi Angeli, spiritus supremi & beatissimi contremiscant, ad hoc adducit quædam loca, ex Isaiâ Propheta, quorum præcipuus legitur; ubi ex sententia D. Epiphani, & D. Hieron. ad litteram agit de iudicio. Prodit Propheta; dictum promulgat, & D. Hieron. omnes citans in illum diem iudicij vniuersalis ait: Accedite gentes & audite, populi, ascendite: au diat terra & planities eius; orbis, & omne germen eius: quia indignatio Domini super omnes gentes: Audite me populi, gentes, nationes, Prouincias, nobiles, plebes diuites, pauperes, Domini, subditi: ad omnes enim pertinet, quod dicturus sum: & hoc est: Iratus est Dominus, & omnes gentes eriat corâ suo tribunal. At qualis veniet? Tanta maiestate, tanta gloria augullus, quod Tabesceat omnis militis salorū, & quoniam inebriatus est in calce gladius meus: Comuni phrasi S. Scripturæ vocantur Angeli robustissimi Dei milites, equitatus celestis, exercitus potentissimi quos videns Iacob ait: Castra Dei sunt hæc. Et exinde vocatur Deus exercituum Dominus: Deus Sabaoth.

L. 1. Dia. lig. 1. 4.

Serm. 8. in Psal. Quo habitat sententiam? Li. de iud. 6. 7.

Lib. de Repar. In Anco. In c. 3. 4. In c. 4. Gen. 28.

Totus



Totus hic cœlestis equitatus contremiscent, & marcescet, oblitescet, ita cunctis destituetur viribus, sicut corpus sine anima, quod corrumpit & corrumpitur. Totum hoc significatur illo verbo: *Tabescent, omnis cœlestis exercitus. Omnis militia Angelos, (ait D. Chrysostr.) ingens horror occupabit, neque solum, Angelos, sed & Archangulos, & thronos, & potestates cœlorum.*

Exposuit autem hunc horrorem D. Ioannes illa visione, in qua illi Deus imaginem quandam ostendit eius, quod in iudicio videbitur: *Vidi thronum magnum candidum, & sedentem super eum, à cuius conspectu fugit terra, & cœlum, & locus non est inuenitus eius.* Verba sunt hæc talia,

*Tract. de  
iis qua  
post cruce-  
m reue-  
landa  
sunt pag.  
92.*

ut magnum ille pater D. Ephrem ea referens, ad vnumquemque nostrum conuersus dicat: *Vidisti res adeo horrendas unquam? Cœlum & terra iunc fugere tentabunt, & quis poteris subsistere? nos peccatores quo profugiemus? Quod terra terreatur, tremiscat, commoueatur, fugiat, se abscondat, nec hoc multum contra eam enim venit supremus cœlorum iudex; potro cœlis, Angelis, Archangelis, Principatibus? Potestatibus quæ ratio tremendi? Num forte illud contra eos iudicium constituetur, num in illos supremus ille iudex iracundiæ suæ furores effundet? An illi non sunt, qui illi perpetuo assistunt eiusque diuinissimâ presertim præsentia? An illi non sunt qui nunquam eum offenderunt, nec in vno quidem atomo: quin potius eius semper mandatis obediunt, ut hoc nomine à Rege Pro-*

*Psal. 102.  
20.*

pheta prænotentur: *Facientes verbum illius.* Consentio, ait D. Chrysostr. quod pro se non habent, quod formident, tanta tamen erit iudicis maiestas, eius facies ita exandescens, eius contra peccatores intuitus adeo terribilis ut illos ipsos, qui nec defectus alicuius atomo, seu fuliginis inquinantur, tremore concutiet exanimis. Frequens est, ait, Dominum contra seruum inobedientem & recalcitrantem irritari, qui arrepto flagello in eum insurgit, ut leo rugiens, vociferans, roboans, spumas enomens concitati animi, domum furibundus percussit. Videre tum licet ipsos eius filios contremiscere exterritos, pauidos ad matris sinum recurrentes: Vnde hic, charissimi filij timor? hæc vos non impetit patris ira, nec illa facies bile inflammata delicta veltia quæ nulla sunt, castigabit. Concedo, verumtamen ex terret, & horrore concutit, videre prospectum illum adeo terrificum, faciem, ut ignis, accensam, audire mugitus illos intolerabiles.

*18* Si Rex proditorum ciuitatis cuiusdam seditione commotus contra illam progrediretur to-

to regem comitante regno, immensis copiis perditum, & equitum turmis: quando iam proximus ciuitati, audirentur tubæ, tympana, sistrula, tanta & tam horribilis exploderetur bombardarum, scloporum, ac aneorum grando tormentorum, quæ per valles insonarent, vadæ & muri conciderent, fortissimæ ciuitatis turres contremiscent, domus ac palatia immobiliter fundata subsilirent, denique viderent hi perfidi traditores, intrantem Regem, hastam manu vibrantem, præ nimio furore spumiferum, inclamantem, rugientem, comminantem se disfragis: nullus negabit, quia etiam maximè familiares, amici fidelissimi, filij charissimi Regis, metu conseruarentur, & vultum eius intuentes expalescerent, desicerent, latebras quærent. Hoc ipsum, ait subtiliter D. Chrysostr. continget, quando ille cœlorum Rex huius mundi eius seditiones, periuros & rebelles castigabit. Non video quo magis possit exaggerari maiestas, ac potestas, quàm Rex Assuerus die quadam regali sedens folio, se grauitè indignatum ostendit: quàm eo quod nobis refert Spiritus S. nimirum quod ipsa formosissima sponsa quam vita chathorem diligebat, Esther in eius prodicium conspectum, ut regis vidit commotam faciem, flammis oculis, nates ignem spirantes, augustissimo eum residentem throno, continuo palli deliquim, viribus imbellis, attonita corripset, nisi eam pedissequa, vlnis sustentasset horrore tabescentem.

Quàm ergo tremenda maiestas? quàm ipsa contuens qua se recreabat Assuerus, & super omnes regni sui principes, charissima, cuius lingua suorum votorum erat diffiniens mensura, deficiat, terreatur, concidat exanimis. Ipsamet faretur: cum enim eius tanto Rex amore feruere, ut eam vidit deficientem ac corruentem de folio suo festinus surrexit, eam vlnis excepit, & ablandiens inquebat: *Quid habes Esther? Ego sum frater tuus, noli metuere: Non morieris, non enim pro te, sed pro omnibus hac lex constituta est, cur tibi non loqueris.*

Tali fauore ad se conuersa, respondit: *Vidite Domine, quasi Angelum Dei, & conturbatum est cor meum, præ timore gloriae tuæ. Quæ similitudo maiestatis ad maiestatem, gloriae ad gloriam, throni ad thronum? Erat ille vermis; cum tamen eius maiestas esset velut imbecille somnium, tanta erat, ut metu mortali eam concussisset, quæ ceteris erat & vicinior, & familiarior. Hinc videbis quanta futura sit Dei iudicis maiestas, cum ueneris in maiestate sua. Hic throni sui ful-*

gor,

gor; *Sedebit super sciam maiestatis sua.* Hic ille furor animi quo index apparebit: vt ipsi Ange- li addo supremi Seraphim timore concutiantur. Quod si illi, amioi Deo fidelissimi, domus eius incolæ, taliter expauescant: quid tu ages, om- nium infauillissime, tu rebelle mancipium, tu subdite sceditrage, in quem tota illa bilis, furor ille, tormentorum tontrua disploentur, deuol- uentur, dirigentur? quò terratum fugies? quò tibi miser succurtes auxilio?

19 Hic illud erit, quod dilecto suo discipulo Iohanni Deus præmonstrauit: quando ei propo- sitis cunctis peccatorum sceleribus in sanctos commissis, & ipsos sanctos contra peccatores, Dei iustitiam audisset interpellantes, ostendit, id quod in iudicio esset facturus, & qua ratione se- cundum iustitiam iura esset puniturus peccatores, aens: *Eccc terramotus factus est magnus, & sol factus est niger tanquam sacculus cilicinus, & Luna tuta facta est sicut sanguis, & stella de celo cecide- runt super terram, &c. & caelum recessit, &c.* Valde conformiter ei quod Iob fuerat præfa- tus: *A facie eius contremuit terra, moti sunt caeli, sol & luna obseuerati sunt, & stella retraxe- runt splendorem suum.* Quod si taliter appareant Sol, Luna, stellæ, & cæli, quid rerum tunc mo- liti sunt potentissimi nobiles, ditissimi merca- tores? Omnes conternati, viribus delituti quo fugerent incerti, montes inuocabant, rupes ob- tectabantur. *Cadite super nos, & abscondite nos à facie sedentis super thronum & ab ira Agni: quon- iam venit dies magnus ira ipsorum & quis poterit stare? Quis poterit stare coram iudicis ira in- centi, & repleti furore ac tanta maiestate?*

Huic proposito conuenienter perpendit D. Chrystost. a verba quædam Isaïæ quæ prius illo perpenderat Origen. & D. Cyprian. & post- modum D. Ambros. & D. Gregor. e Hi omnes, tenent loqui Prophetam ad litteram de hoc my- sterio. Exorditur vociferans: *f Vultate, quia prope est dies Domini; quasi vastitas à Domino veniet. Propter hoc omnes manus dissoluentur, & omne cor hominis tabescet, & conseretur, torsio- nes & dolores obtinebunt quasi parturientis dole- bunt, vnusquisque ad proximum suum superbit, facies combusta vultus eorum. Stupenda verba, quorum vnusquodque plures requirit concio- nes. His dictis, alius intonat: *recodies Domini vni & crudelis, & indignationis plenus, & ira, & furoris, ad ponendum terram in solitudinem, & peccatores conuertentes de ea.* O quæ verba, nota- tu dignissima! Aduerte, quod venit dies Domi- ni. Communis est phrasis S. Scripturæ vocare *Hieron. Bap. de Lanna; Tom. 1.**

diem iudicij, diem Domini: hic frequens est modus D. Pauli, & Prophetæ Hieremias, & 1. Cor. 3. Isaïæ multis in locis: quia, vt dicemus, tempus præsens, veltrum est, eo quòd in illo agatis. quæ vobis lubet & Deus tacer, attamen in die illo, 1. 14. & ageat ipse quod voluerit. Et qualis erit? *Crude.* Tremenda verba, quibus similia dici non possunt alia, quæ explicationem non patiuntur, quia cum sit crudelitas adeo à piissimis Dei vi- scribis aliena, dicatur tamen dies illa in qua veniet iudicaturus, *Crudelis.* Ibi videbis, quid erit, quando vna mutabitur qualitas in alteram, & ex patre misericordiarum, ac Deo totius con- solationis conuertetur, in crudelem inimicum, & iudicem omnibus seueriorem. Quando Iob perpendit quòd ille, qui tot eum beneficiis ac- cumulauerat, iam mutatus, manus suas in eum extenderet tot calamitatibus graues, tot dolori- bus onerosas, blanda & amica voce querebatur, *Mucatus mihi in crudelam,* Eo modo, quo ante semih, præbebat clementissimum, iam eum experior crudelem & immisericordem. Ecce qualis appareat suo amico, quem reiecit in ster- quilinum, erat autem hæc crudelitas, non vera, sed iocosa, & amicitia lusus, vt postmodum in eum misericordiam suam effunderet abundan- tius: quæ erit illa crudelitas ( loquamur in no- stro modo demptis imperfectiõibus ) quæ pro- cedet contra suos inimicos in supplicium sempiternum: *Crudelis* Et quia quædam inuenias ani- malia, quæ, licet crudelia, suam tamen, nisi pro- uocata, non exercent crudelitatem, addit: *In- dignationis plenus & ira & furoris,* ac si diceret plenus indignationis non qualiscumque sed fu- ribunda. Furor propriè est, quando homo ita stomachatur, vt præ nimia ira quasi extra se ra- piatur, & velut furiosus, quælibet agit, ita vi- ctus cholera, vt nec preces audiat, nec admittat consilium, si ei loquaris, non te audit, si suppli- ces, magis exardescit, & accenditur furiosius. Hoc propriè est furor in homine. Præscinde igitur omnes illas imperfectiõnes, quas furor ha- bet, & producit in homine, hoc retine, quod est procedere contra inimicum omnibus viribus, tota fortitudine, sine pietate vlla, nullas admit- tendo exulationes; quid tum fiet?

Huic bene quadrat, quod ait: *Ad peccatores conuertendos: quod idem erit, quod ait idem Propheta, sumptâ metaphora petra; quæ cadit super lagenam figuli: Et comminuetur, sicut con- teritur lagena figuli contritione perualida, & non inuenietur de fragmentis eius: resista in qua por- tetur igniculus de incendio, aut hauriatur pars una*

Lib. cit. de repa- rat. lapsi. d. Cap. 2. Epist. ad Rom. Contra Demost. d. Lib. de Hebr. & imax. e. Lib. 20. Mar. 6. 25. s. 1. 10. 6.

Iob 30. 21.

20





*aqua de fontem* : q.d. Non remanebit in peccatore quidquam quod suos non patiatur dolores, anima, corpus, intellectus, voluntas, memoria, visus, &c. Ob quam rationem eodem loco annexit, quod eos in nihilum rediget : describit venientem iudicem. *Ardens furor eius, & gravis ad portandum, labia eius repleta sunt indignatione.* & *lingua eius quasi ignis dehorans.* &c. ad perdenas gentes in nihilum. Trahit similitudinem hominis, qui prodit ita cholericus, ut illi labia collidantur, & labra mordeat & ait, quod *In nihilum rediget, non quod hominum natura in nihilum redigetur, sed quod respectu consolationis, illos in nihilum rediget : nihil erit, quod non adferat dolorem, tormentum, cruciatum, pavorem, ignes, aeternam maledictionem.* O quis furor, quæ indignatio, quæ bilis tanta? Tunc adimplebitur, id, quod prædixit Habacuc : *In fremitu conculeabis terram, & in furore obstupescies gentes.* In Hebræo legimus : *In furore irasurabis gentes,* quibus verbis alludete videtur Propheta, tremendo illi supplicio, quo multavit David Ammonitas, qui eum non tolerando affecerant dedecore : & licet ad modicum dissimulaverit, at tandem omnis eius mansuetudo ac benignitas conversa est in gravissimam indignationem : coadunavit copiosissimum exercitum, qui inexpectato irruit super eos, ac devictos, in cumulum redactos, sicut operarius fasciculos in area conglomerat, tribulis ferris, novaculis obarmatis contrivit, quibus eorum ossa & carnes comminuit in vnam omnes massam ut lateres compregit. *Et traxit eos in typo laterum.* Bone Deus, num tale quid fieri potuit? Numquam Rex Pharao, Antiochus, Herodes, Phalaris, Nero, Busris, nec alij, quos mundus ut crudelitatis portentosa est detestatus, quid simile praticatur, imo ne quidem eis venit in mentem. Cum & ipse Deus tam ab omni humanitate proflus censuerit alienum triturare inimicos, ut illud staret, quasi caput suæ indignationis contra Damascum, protectatus se nullatenus velle tantam remittere crudelitatem. *Eo quod trisuravit in plaustris ferris Galaad ;* Credo, quod indubiè Deus hoc ita permisit, ut David vis alioquin mitissimus, & misericordie speculum, tam horrendo, insolito, & nunquam audito supplicio plesteret inimicos, ut nobis, quasi sub huius supplicij prototypo delinearet, id quod iudex acturus est, quando *Ad conterendas gentes in iudicium properabit ;* quod hoc idem faciet prædicente Isaiâ : *Trisurabitur Moab sub eo* O quam gravis tribulus, quam peracurum carpentum est

*Habac. 3.*

*22.*

*1. Petrus 1. 3.*

*1. Petrus 1. 10.*

ipse Deus, ac iudicis Maiestas, *Rex tremenda maiestatis.* O quam eum exhortuit Iob? *Quasi Iob 31. tremens super me fluctus, timui Deum, & pondus 21. eius ferre non potui,* circa quæ verba subtiliter moralizat D. Gregor. ad quæ lectorem remitto. *L. 21. m. legisse non pigebit.*

§. 6. Filius hominis. In illa ipsa humanitate, in qua Dominus est iudicatus, venit iudicaturus, in suis ipsius honorem, & peccatorum confusionem.

**R**eplicabis : si res sic se habet, quod Dominus istis verbis nobis velit representare, maiestatem & auctoritatem, quæ iudex est venturus die tam horrifico; ut per hoc in nobis excitet timorem tam salutarem, ad quid se describit sub nomine maxime suæ humilitatis & abiectionis, & quo, nunc nobis ingerit de sua benignitate fiduciam, quod sit *Filius hominis?* Omnes novimus magnum illum Dominum, vocari nominibus tantæ celsitudinis ac maiestatis : ut illa tantum modo pronuntiando, horrore contentat etiam fortissimos. Petiit nomine Sampsonis pater eius nomen, cui respondit : *Cur quæruis nomen meum quod est mirabile?* Et Isaiâ Propheta hoc quærebat, ut nomen suum declararet, quod eo solo inimici eius turbarentur. *Utrum sit nomen tuum inimicis tuis, à facie tua gentes turbantur.* Aptè dixit hoc Hierem. *Magnus es tu & magnum nomen tuum in fortibus. ne, quis non timet te à Rex gentium?* Et iterum : *Fortissime magne & potent. Dominus exercituum vocem est tibi, magnus confite, & incam. 19. prehensibilis cogitatu.* Redundat S. Scriptura Dei nominibus, augustis, tremendis, gloriolis & tantæ potestatis, ut vel ad eorum sonitum, fortissime corruant turres, & cretissimi collabamur muri, licet Iericonthini, vel Babylonij : Ob quam causam in illo cantico de divinis triumphis : eos sanctissima Anna & Moyses, potentissimo Dei nomini adscripserunt : *Omnipotens nomen eius.*

Potro nomen illud *Filius hominis*, summa est humilitatis & abiectionis sic ut etiam Deus humiliare volens Prophetam Ezechielem vocet eum *Filius hominis*, ut advertit D. Gregor. & in Ezech. ad ostendendam nostram abiectionem : nos eo quoque nomine appellat Psalmographus : *Quid est homo, quod memores eius, aut Filius hominis, quoniam visitas eum?* Dum Dominus moritur & pro nobis patitur : cum sit actus humilitatis, & in

& in bonum nostrum & de quo vitæ nostræ de-  
pendeat fiducia ac consolatio, se hoc nomine  
compellet: *Filius hominis. Ecce ascendimus Hierosolymam, & filius hominis tradetur.* Et ite-  
rum: *Filius quidem hominis vadit.* Modo ve-  
ro, dum suam ostentat maiestatem, suæ ius-  
titie rigorem, iram, indignationem, quis  
dixerit hoc ei nomen aptè convenire? Dicitur  
Augustinus responderet, quod hoc vocetur nomi-  
ne quando agitur de iudicio: vt intelligamus  
quia actus ille iudicij competit Christo, &  
non Patri, nec Spiritui Sancto; Proinde in sua  
veniet humanitate visibilis: hoc enim vt aduer-  
tuat Tertullianus a Divo Leo Papa b indicantur  
Apostolis Angeli ipso Ascensionis die: *Hic ve-  
niet, quemadmodum vidistis eum euntem in ca-  
elum.* Et hoc Christus dixit: *Post non iudicabit  
non 5.22 quæquam, sed omne iudicium dedit filio.* Et  
alio in loco: *Dedit ei potestatem iudicium face-  
re: quia filius hominis est.* Et hoc erat plus æ-  
quo, vt cum in forma humana fuerit præ-  
sentatus & in tribunali iudicatus, vbi & con-  
demnatus, in eadem ipsa forma, iudex foret,  
& adimpleretque illud amici de Iob: *Causa  
tua: quasi impij iudicata est, causam iudi-  
ciumque recipiet. Ipse sano* (inquit Divo Au-  
gustinus) *Qui iniuste iudicatus est, iudicabit  
eorum terra in aequitate, & populos in iusti-  
tia.*  
Hoc (ni fallor) tetigit Christus, quando pro-  
ductus in iudicium, coram summo Sacerdote,  
cuiusque toto concilio ac tribunali, quibusdam  
perverfis, stultisque respondens interrogationi-  
bus, illis ait: *Verumtamen dico vobis, quia amo-  
do vidistis filium hominis venientem in nubibus  
caeli, cum potestate magna, q. d. Modo adito in  
forma rei, vos vero estis iudices: breui veniet  
tempus, quo ego in hac eadem forma hominis  
veniam, factus arbiter, cum potestate magna &  
maiestate. Ero ego iudex, vos autem rei. Aliam  
suppedito rationem; filius hominis, nomen est  
misericordiae, & in quo comprehenduntur om-  
nes, quas nobis præstitit Deus, misericordiae, &  
illas designamus, quando in earum gratiarum  
actione dicentes: *Es homo factus est, ætenui pro-  
terrimur in terram, quasi contellantes, nullas  
his soluendis vires sufficere, imo ne quidem tan-  
tis beneficiis capiendis.*  
Quid, ergone in die iudicij se illo summæ  
misericordiae nomine iudex præsentabit? Tu  
dices; cum ad iustorum consolationem, tum ad  
terrorum confusionem que peccatorum.*

consolationem, qui his bene vsi sunt beneficiis: 30  
quam rationem prosequitur Divo Bernardus *Serm. 73.*  
expedens illa sponsæ verba: *Reversere, similis in Cant.*  
*esto dilecte mi caprea hinnuloque cervorum:* quæ 2.17.  
ratio illi maior gaudendi qui iam excipere de-  
bet in criminali causa sententiam, in qua de eius Dicitur  
vita disputatur, quam audire, quod germanus filius ho-  
suis primogenitus iudex sic sessurus, quem scit, minis ad  
quod se vt pupillam oculi diligit, qui perpetuus bonorum  
suis fuerit aduocatus, procurator & ad expensas consolati-  
onem suppeditaverit, in partem contrariam in-  
tionem. *Fortiterit quæ contra se in iudicio contenderat  
actius, illam & destruxerit ac refutavit? Quis Psal. 27.  
venturus est iudicare, (rogat D. Augustin.) Nisi in præse-  
qui voluit iudicari propter te? Ne timeas accusa. D. Av. G.  
torem, de quo ipse dixit. Princeps huius mundi Tom. 3.  
misus est foras. Ne timeas malum aduocatum: ille  
enim tibi modo aduersus est, qui tunc iudex fue-  
riturus est. O verè patrem misericordiarum, (excla- D. Bern.  
mat Divo Bernard.) *vult per hominem, homines  
iudicari, quo in tanta crepitatione, & perturba-  
tione malorum, electi præses stantiam natura su-  
mitudo. Hac consideratione (ait D. Augustin.)  
non se tantum sancti consolantur, sed & exoptant  
iustis tam beneuoli aduentum, teste Apo-  
stolo *Diligunt aduentum eius* Et singulis diebus 2. Tim. 4.  
cum instanter petunt dicentes: *Adueniat regnum &  
tuum:* vt ipse perpendit. *Matth. 6.*  
Secundum, ad confusionem terroremque ma-  
lorum. Peracutè dicit Divo Hieronymus: ni D. Hier.  
hil adeo bile mouet, & zelum excitat iusti-  
tiae, quam misericordia, amor & præstita bene-  
ficia. Proinde hanc allegat propositionem. *A-  
mor læsus, in furorem vertitur.* Tanto maiori  
Ad con-  
fusione  
malorū  
Psal. 54.  
contra aliquem bile commoueris, quanto plura  
in eum beneficia contulisti. Hæc Danitis fuit  
ratio; quod in te inimicus arma moueat; ma-  
lum est: at transeat: cum eum sua instiget ini-  
micitia, ob aliquid, quod sibi in te displicuit,  
cumque grauius offenderit. Quod te persequatur  
ac tecum non conueniat, qui de manibus tuis  
nulla recepit beneficia, vt gratus sit, a malo est:  
at transeat: cum eum non obstrinxeris, vt tibi  
complaceat, tibi seruiat, te patiat: verumtamen  
quod ille tibi sit traditor, ille de pericula vita  
tua rationes instituat, honoris tui quærat, detri-  
mentum, ille, inquam, cui quicquid habes, contu-  
liti, quem mille beneficiis præuenisti: hoc te ti-  
gride reddit ferociorem. hoc animum tuum in-  
cendit vt leonis, in summo gradu insuper &  
eum, si iudicio polleat, maximo opere confundit  
perduellem. Hinc ortum habuit indignatio illa  
acerbissima Nabuchodonosor Regis Babilonis,  
contra**



contra Regem Sedechiam, & terribile suppli-  
cium, quò eius cunctis ingratorum damnauit in-  
g. aitudinem. Eum ad dignitatem regalem nul-  
lo iure nitentem promouerat, Regem in Hie-  
rusalem coronauerat, Iechoniam filium Ioa-  
chin, regem legitimum quem secum captiuum  
abduxerat in Babyloniam, septero priuauerat:  
Tanto honore deuinctus Sedechias, plurima  
præstitit iuramenta, promissa, & serui fidelissimi  
ac perpetui protestationes. Cum his debuisset

IV.

Loquetur obligationibus satisfacere, è contra in eum per-  
iudex no- fidus infurrexit, contumelias cum affecit, nega-  
biscum uit vestigalia, ob quam rationem, immisit in  
iudicium. cum Nabuchodonosor exercitum suum, obsedit  
4. Reg. 25. eum, deuicit, captiuus coram adducitur: & ait  
6. facer textus: *Leuentus est cum eo iudicium.* Ver-  
ba, quæ bis repetit Propheta Hieremias, quibus  
indicat: quod ad eius condemnationem cum  
prius ad tribunal suum reum traxerit, cui in  
hunc modum: *Adesto fœdisfrage, proditor, an  
quæ ego pro te fecerim ignoras? Adiuui te, opi-  
culatus sum, promouite, honorauit te, cum nul-  
lo tu niteteris iure, nec diuitiis, nec fortitudine,  
nec gradu aliquo gauderis, eorum quæ tibi hæ-  
manus meæ largitæ sunt abundanter, & mea con-  
cessit voluntas gratuita.*

Mille mihi verba dedisti, tot promissa iura-  
sti, quòd mihi fidelis adhereres, tributis &  
uestigialibus mihi corresponderes. Hæc mille  
sacratissimis confirmasti iuramentis: Tot tan-  
tisquæ mihi deuinctus, beneficiis, titulis, ho-  
noribus: mihi factus es: traditor, ingratus,  
fœdisfragus, periturus, sacrilegus, exlex, insul-  
sus, inhumanus. Hæc enim tantis debita bene-  
ficiis: compensatio? quanto grauius, quanto  
que clarius ei à se præstita obiecit beneficia,  
tanto contra perituum iustitiæ futurisque a-  
ciem acuebat intentus, patebatque cunctis,  
quantilibet poenam, tanto secleri esse inferio-  
rem: acerbius autem multo fuit dolor, quem  
in hoc sensit Sedechias, quàm ille licet graui-  
simus & quem ei infligebant, compedes, ma-  
nicæ, carceres, quibus perituri reus constringe-  
batur. Proinde hæc cæteris terribilior commi-  
natio, quæ eum Deus per Hieremiam Prophe-  
tam non semel irgebat, vna erat, quòd coram  
Rege Nabuchodonosor traheretur perfidus, eius  
oculis præsentandus: suæ rebellionis arguendus.

Rier. 32.  
34.

*Comprehensione capieris, & in manu eius traheris,  
& oculi tui ventos Regis Babylonis videbunt, & os  
tuum in dextera tua loquetur.* Facie ad faciem Re-  
gem videbis Babylonis, ille te tuæ confundet  
perfidia, eius tu flammæum vultum videbis, &

in tui perditionem concitatum, tot beneficiis tibi  
præstitis irritatum. Quinimo & ipse Deus,  
vt Davidis culpam exaggeret, & quàm condi-  
gna sit eius secleribus poena demonstrat, dele-  
gans ei Nathan Prophetam, hoc præcepit, vt  
primò catalogum recenseret, oculisque eius ex-  
poneret, beneficia & misericordias ei, à se præ-  
stitas, ne minimum quidem omittens: quòd vi-  
res ei ad discerpandos leones, ac prælocandos  
vros tribuisset: eum de post seccantes sustulisset  
de gregibus ouium, quadriformem petalum mu-  
tasset in regiam coronam, & pellicium in pur-  
puram ac bracteas, summam in totius mundi  
conspetu, dedisset maiestatem, diuitiis auxilium  
amplissimis, honoribus, titulis, gradibus, ac re-  
gno sublimasset perillustri, post quæ optime  
concludit: *Quare ergo contempsisti verbum Do-  
mini.* An hæc beneficia tali digna recambio?  
*Quare ergo, &c.*

Hinc lucem accipit verbum Diui Iacobi: *Mi-  
sericordia superexaltat iudicium.* Hæc multorum  
congrua declaratio: q. d. quòd misericordia ita-  
tuat & habeat tribunal, suum altiori loco quàm  
iustitia, vnde & de iustitiæ licet ad misericor-  
diæ appellare tribunal, tamquam ad superius.  
Et hoc agimus quotidie, dum nos iustitiæ cer-  
nimus damnandos, ad misericordiam recuri-  
mus, eiusque tribunal inelamamus: *Ad amicum  
ergo cum fiducia, (hortatur D Paulus.) Ad thro-  
num gratia: vt misericordiam consequamur.* Ver-  
um & alia datur explicatio: quòd illud verbum:  
*Superexaltat,* idem sit quòd dicimus, *claritas pa-  
teat, sicut in picturis: vis pateat albedo: appo-  
ne et nigredinem: nihil est quòd sic Dei iusti-  
tiam proferat, quàm misericordia. Non acela ad  
eorem limatur, & oleo exacuit vt ipsas dissi-  
dat acies: oleum inter liquores suauissimum,  
ad vulnera curanda aptissimum, exacuit nouen-  
las & machæras, eas ita fortes reddit, vt omnia  
discendant & vulnera infligant incurabilia: ven-  
næ Deus in iudicium, adducet iustitiæ pla-  
dium limatum, exacutum, qui carnes, ossa,  
corpus animam, spiritum dissinat medium: O  
machæra extimenda!*

Vocat Dominus Ezechielem: Propheta pro-  
di in medium, tristes emitte gemitus, eiulatus  
ede terrificos, toto corpore, cunctis membris  
contremisce, & amaras profunde lachrymas. *Et  
sicut filii hominis ingemiscet in contritione lumborum,  
& in amaritudinibus, ingemiscet coram eis. Quan-  
do accedent rationem eius qua fuerit, responde-  
bis: Pro audita; Verbi, quòd illis habeas di-  
cendum.*

Quod



Quod est hoc verbum adeo tremendum, quod  
 talem operatur effectum? quid potest verbum  
 illud proficere, quod audisti, quod te adeo per-  
 terreat, deiciat, affligat, & talia eliciat suspi-  
 riaz? *Gladus, gladius excacutus est, & limatus.* Ecce  
 verbum tremendum, quod audisti. Scitote,  
 Deum paratum habere gladium, & hunc qui-  
 dem excacutum, limatum, splendidum, adeo  
 acuminatum, ut quavis penetrat. O diuine ius-  
 titiaz gladium! & quem non timore percuties,  
 quem non deicies, adeo limatus, splendens a-  
 deo? Et quod excacuetur? *Oleo misericordiaz:*  
 hoc superexcaltabit iudicium, *Cum venerit Filius*  
*hominis.* Ibi se ostentabit hominem. Et simul  
 (ut prosequitur *Diuus Augustinus*) delectum fa-  
 ciet omnium beneficium. Me recognosce, me  
 intueri maledicti. Ego, re suscitauit de puluere  
 ego tibi hanc concessi vitam: propter te descen-  
 di de caelis, assumpsi hunc vilem humanitatis  
 faciem: huic me alligavi, me in hoc contraxi,  
 ieiunavi, sudavi, laboravi. Has inspicere manus,  
 quibus tot parauit mirabilia, propter te clavis  
 confixas durissimis, pedes hos labore nimio in  
 tui salutem fatigatos clavis transfossas: Caput  
 hoc spinis coronatum. Corpus hoc flagellis la-  
 cerum, doloribus oppletum, à planta pedis vs-  
 que ad verticem, in tuarum culpatum remissio-  
 nem. Pro te meum effudi sanguinem, vitam  
 meam, corpus meum, animam meam; cibavi  
 te carne mea; potavi te sanguine meo, cruci sum  
 affixus, dilatatis brachiis te expectavi longani-  
 mis, inclinato capite pacis tibi osculum obruli  
 pacificus. Quid propter te agere potui, quod non  
 egerim? vel quam poenam reculaui, quam in-  
 gratiam tui non pertulerim?  
 Quid in gratiarum actionem, proditor, aliud  
 fecisti: quam blasphemare nomen meum, meos  
 opprimere pauperes, hostis mei sequi vexilla,  
 me deano contrillare, crucifigere: quantum est  
 in te, nouis affligere tormentis, doloribus exul-  
 cerare: dum froina tuis laxas desiderijs, tuis vo-  
 luptatibus, excessibus tuis, sanguinem meum  
 proterens, promissa mea parupendens, minas  
 meas reiciens: velut effrenus equus, milleis  
 flagitijs, erumnis innumeris terre, lapis of-  
 fensionis, caelo petra scandali. Ex hoc te vocaui,  
 et uicem meam obtuli, benedictionem, paradi-  
 sum: vocaui, ut meas diuitias, meam posside-  
 res gloriam: & audire me noluit, sed eum, qui  
 te ad poenas prouocabat sempiternas! Ut uerò  
 hoc Christus ad uium repraesentet, apparet  
 nostra uelutit humapitate, latere; manibus ac  
 pedibus transixis. Hoc enim illud est: *Adobis*

*sum omnis oculus, & qui eum percipuerunt.*  
 Congruit proposito nostro annotatio D. Ambrosii  
 ex illa enim educimus sensum illorum verbo-  
 rum, quae Christus per os Davidis Regis pro-  
 tulit: *Ego autem sum uermis & non homo.* Quo-  
 modo dicit haec, o Domine! an non ore pleno  
 confitemur? *Et homo factus est?* Hic autem se  
 dicit filium hominis. *Cum uenerit filius hominis.*  
 Haec mens eius est; indubie hoc uerum est  
 quod homo sit, & propter hominem homo fa-  
 ctus sit, ut cum de Sarana eriperet seruitute, ut  
 eius solueret debita peccatorum, ut eum de  
 mortis faucibus liberaret, ut ei vitam daret sem-  
 piternam. At tempus ueniet, quod illud esse  
 hominis deseret, non quantum ad naturam, sed  
 quantum ad benignitatem, misericordiam, ele-  
 mentiam (quae omnia nomen hoc compren-  
 dit) & in uerum mutabitur, qui uiscera come-  
 dat, qui corda corrodit.  
 Memineris (inquit D. Ambrosius) illius histo-  
 riae de manna, ad quam in praefatis uerbis opi-  
 nor David alludere; quod, euidens miser-  
 cordiae suae signum populo illi ingratisimo,  
 Deus dare potuisset, quam manna de caelo, in  
 nubibus nulla hominum opera coctum, solis  
 Angelorum manibus compactum; cibis erat  
 concessus & factus ad uitam illorum, conserva-  
 tionem, peregrinationis alimentum, quod facili-  
 lime in terram possent pertingere promissionis.  
 Atramentum multos eorum uidentes rebelles, qui  
 nec illud receperunt, nec eo usi sunt, eodem modo,  
 & tempore, quo illis Deus praescripserat. Con-  
 tigit, ut illud ipsum manna, eis in corrodentes  
 uermes uerteteretur. O Diuinum manna, filius  
 Dei, manna caeleste de caelo descendens, com-  
 pactum nulla hominum opera, in nube caelesti,  
 purissimum Reginae caeli uisceribus: *Ego sum pa-*  
*nis: uerus qui de caelo descendit.* O quale manna,  
 nobis concessum in alimentum, salutem, robur,  
 uitam aeternam, terrae promissionis ingrellum:  
*Qui manducat hunc panem, uisus in aeternum.*  
 Manna suauissimum, elementissimum, mandue-  
 tissimum, factus homo propter nos omnium  
 humillimus: *Filius hominis:* Illis autem, qui  
 illo frui ingrati recusatunt, hominis ex ter-  
 mentiam, & uermis assumet corrosionem qui  
 uiscera exedat; hoc enim inter alia, illos acriter  
 affliget, videre, quae potuerint facilitate miseri-  
 cordia frui adeo copiosa, & nec tantum illa uti  
 tenuerint, sed insuper & eam contempserint, &  
 conculcarint: hic erit (asserit D. Ambrosius) ille  
 uermis, de quo *Haies: Vermis eorum non mori-*  
*etur.* *Hoc filijs Israel subtiliter prophetatum est in*

Serm. 67.  
 de temp.  
 V.  
 Expro-  
 bat in-  
 dex pec-  
 carior  
 sua bene-  
 ficia.

24. 21.  
 22. 21.  
 23. 21.  
 24. 21.  
 25. 21.  
 26. 21.  
 27. 21.  
 28. 21.  
 29. 21.  
 30. 21.  
 31. 21.  
 32. 21.  
 33. 21.  
 34. 21.  
 35. 21.  
 36. 21.  
 37. 21.  
 38. 21.  
 39. 21.  
 40. 21.  
 41. 21.  
 42. 21.  
 43. 21.  
 44. 21.  
 45. 21.  
 46. 21.  
 47. 21.  
 48. 21.  
 49. 21.  
 50. 21.  
 51. 21.  
 52. 21.  
 53. 21.  
 54. 21.  
 55. 21.  
 56. 21.  
 57. 21.  
 58. 21.  
 59. 21.  
 60. 21.  
 61. 21.  
 62. 21.  
 63. 21.  
 64. 21.  
 65. 21.  
 66. 21.  
 67. 21.  
 68. 21.  
 69. 21.  
 70. 21.  
 71. 21.  
 72. 21.  
 73. 21.  
 74. 21.  
 75. 21.  
 76. 21.  
 77. 21.  
 78. 21.  
 79. 21.  
 80. 21.  
 81. 21.  
 82. 21.  
 83. 21.  
 84. 21.  
 85. 21.  
 86. 21.  
 87. 21.  
 88. 21.  
 89. 21.  
 90. 21.  
 91. 21.  
 92. 21.  
 93. 21.  
 94. 21.  
 95. 21.  
 96. 21.  
 97. 21.  
 98. 21.  
 99. 21.  
 100. 21.



veteri testamento, manna enim illis contra di-  
vina precepta tractantibus, vermes effecti sunt,  
id est, contumacia ultores & in tices; quæ simi-  
litudo Christum indicent Dominum &c.

§. 7. Filius hominis. Vocatur filius homi-  
nis: ex hoc enim testes contra peccato-  
rem producet, quos quidam Sancti timue-  
runt.

**25** **E**X hoc opinor, illam explicari posse visio-  
nem D. Ioannis a. (quam D. August. cen-  
suit difficillimam) quæ figuram videt iudi-  
cii, iudicem Maiestate summa residentem, &  
totum mundum coram eo adstantem: *Magnos  
magnos, & pusillos, & vti iudicarentur, inquit:  
Aperi sunt libri, & alius liber apertus est, qui est  
vita.* Et superius declarauerat D. Ioannes, quod  
liber ille vitæ, liber esset vitæ agni: *Liber vitæ  
agni, qui occisus est.* Omnium aperti sunt li-  
bri, id est, vita & conscientia omnium, &  
liber vitæ agni apertus est. Quis vero est hic,  
nisi liber vitæ Christi? Grande arcanum. Si-  
cut enim aperientur nostræ vitæ maximi libri,  
vt nullum sit opus, verbum nullum, nulla co-  
gitatio, quæ non omnibus pateat, ita etiam vi-  
tæ Christi volumen aperietur: hic enim con-  
spicietur, & clarè legetur, omne id, quod pro-  
pter te fecit. Ibi legetur eius Incarnatio, nati-  
uitas præ frigore tremensis, eius labores, si-  
tis, fames, persecutiones, curæ, lachrymæ,  
eius vitæ triginta tres anni, omnes transacti in  
tui remedium, eius passio, cum omnibus, quæ in  
gratiam tui pati non recusauit. Propitius sit mi-  
hi Deus, ad quid hoc? Vt aperiatur libri, in  
quibus scripta sunt acta litigantium, & iu-  
dicandorum: dignum & iustum est; At quid  
hic opus est libro vitæ agni? Hoc iam prædi-  
ximus: quod ea quæ huic inscripta sunt libro,  
nimirum misericordiæ eius opera, exaltabunt  
iustitiam, eamque ita exaquent, vt se tibi op-  
ponat, velut limatus gladius, qui scindat, nec  
inueniat, quod sibi valeat resistere. Grauius sunt  
tua scelera, furta tua, lasciuia tua, tua blas-  
phemia, Dei contemptus; porro propitius, &  
beneficiis opposita, quæ Dei largissima tibi  
manus concessit; Hæc illa adeo superexalta-  
bunt, tantam prouocabunt indignationem eius,  
qui ea contulit, & cui tamen tu in malè repen-  
sum est, insuper despectui sit ipse habitus, vt  
futurum sit spectaculum longè terribilissimum,  
quò fiet, id quod ait idem Ioannes, montes &

I.  
Liber vi-  
tæ Chri-  
sti lege-  
tur in iu-  
dicio.

colles à peccatoribus inclamandos: *Mentes tra-  
ditæ super nos; &c. ab ira Agni.* Hoc, quod sit Ioan. 6.  
agnus mansuetus, plenus misericordia, quod is-  
pallius non aperuerit os suum propter te, quod  
se tibi in sacrificium dederit, in Sacramentum,  
pretium & redemptionem obtuleris, quod ni-  
hil habeat, quod tibi non fuerit elargitus, hoc,  
inquam, flammæ suæ indignationis excitabit,  
vt oleum, ligno sicco aridoque superfusum.  
Idem prædixit Iob: *A facie eius cruciabor* 201. 6.  
*populi, omnes vultus redigentur in illam.* Stu-  
peo loquendi formulam. Quam benignus, com-  
mes, amicus fuit Absalom. Iob, quò non ze-  
lo eius apud patrem Dauid procurauit oculum  
reconciliationis? sicut & in rei veritate, eum  
in patris gratiam restituit. Attamen hoc ipsum,  
Iob contra ipsum monuit crudelitatem, quando  
infelix ille huic benignitati ingratus patrisque  
fuit obedientiæ excusso iugo, inter quem & ip-  
sum foedus composuerat, instructas acies pro-  
duxit in campum perduellis. Hoc eam glori-  
amque dedit Iob, qui pacis auctor fuerat, &  
restitutor: vt in eum velut indomitus leo con-  
surrexerit, neglectoque Dauidis præcepto, pier-  
tatem omnem exiens, tribus lanceis transfoderit  
è quercu suspensum interemerit æternum peri-  
turus. *Quis nos patri nostro reconciliauit, ni-  
si Christus? & sui corporis vitæque dispendio.*  
*Revelati sumus Deo per mortem filii eius.* Ni-  
hil minus illam contemnis gratiam, contra  
ipsum Deum vexillum atrollis perduellis Ab-  
lon, post talem misericordiam bellis ingratior:  
Ille ipse erit, qui supplicium tuum prosequetur,  
qui te tribus confodiet lanceis: qui his terribi-  
libus damnabit verbis: *Ita malestis in ignem æ-  
ternum &c.*

Hinc reor S. Iob processisse angustias, dum  
conqueritur: *Resertus mirabiliter me cruciatur* 26  
*Instauras testes tuos contra me, & multiplicas* 101  
*iram tuam aduersum me, & pœna militant in me.*  
Aduertit Caictan. in Hebræo legi: *Resertus,*  
*& mirabilis eris in me.* q. d. Nostro loquendi  
modo. Cælum ascendisti, ô Redemptor; dix-  
erunt tamen Angeli, quod reuertèris. O qualis  
reversio, quam mihi timenda! quam graues mi-  
hi infert cruciatus, in quam extremas, me non  
conicit angustias? *Mirabiliter me cruciatur.* Vide  
hæc procedunt, & quid tuas exaquit querelas, ô  
vir Dei? *Instauras testes tuos contra me.* Id est,  
renouas testes tuos, quibus reaccenditur, & ac-  
tius effervescit tua indignatio, heu quam iustè  
omnes hos deuolendos super me video crucia-  
tus: & heu quam optimo iure super me con-  
uertit

26  
101  
II.  
Telles  
Dei, sunt  
eius be-  
nificia.

ment vniversi Dei testes, quibus nobis suum te-  
stis est amorem, misericordia, & beneficia  
fuerunt, quibus non praudent immeritos. O  
quàm euidenter testatus est Pater amorem suum  
dans nobis suum vnguentum: Sic Deum dilexit  
mundum, ut filium suum vnguentum daret.

1. Ioh. 3. 16.

Quæ testimonia tam manifesta dedit sui a-  
moris Dei filius, tot innumeris testibus, quot  
fuerunt illa, quæ in tui salutem & egit, & per-  
pessus est? Notum est omnibus ea omnem nu-  
merum superare, quæ fames? quæ sitis? quæ  
defatigatio? quæ persecutiones? quæ calumniae?  
qui carceres? quæ sputa? quæ alapa? quæ verbera?  
quæ spinæ? qui clavi? quæ crux? quæ mors?  
quæ opprobria tanta hæc, vt, sicut notat D. Hiero-  
co quod humano intellectui impossibile sit ea in  
numerum, etiam nostræ Arithmetice, redigere,  
Dauid ea diuino remisit intellectui, qui, vti-  
que infinitus, cæli stellas numerat, & arena ma-  
ris nouit multitudinem. *Tu scis improprium me-  
um, & confusionem meam, & reuerentiam me-  
am.* O quam irrefragabiles, securique testes?

1. Ioh. 15. 17.

Maiorem hac dilectionem nemo habet, quàm vs  
vnguentum suum ponit quis pro amicis suis. Quilibet  
istius sanguinis effusa guttula, voces mittit al-  
tiores, ipso Abelis sanguine, dicens ecce quomo-  
do amabat te. *Vulnera hæc* (teste L. Bern. in per-  
sona Christi) loquuntur pro me: quia diligo te.  
Patent mihi viscera per vulnera (inquit D. Aug.)  
per foramina corporis, patent mihi arcana cordis.  
Intrauit enim temporis testes illos, in sen-  
tentiam contra te, renouabantur, reuiscunt.

D. Br. 7.

Manu. c.

11.

D. Aug. 1.

Exciderunt illi tuæ memoriæ, & eos iam ta-  
cère arbitrais. O quàm ad viuum illos repro-  
ducat, quàm recentes exponit iullis manus per-  
foratas, pedes transivos, latus hians, caput co-  
tonatum, corpus flagellis cæsum, euulso capil-  
los, linguam felle potatam, ex illis accrescet fu-  
tor eius, tumescet contra te iudicis indignatio,  
vociferabitur, teste Propheta Isaia ex eius ore:

1. Ioh. 4. 11.

1. Ioh. 4. 14.

1. Ioh. 4. 19.

1. Ioh. 4. 20.

1. Ioh. 4. 21.

1. Ioh. 4. 22.

1. Ioh. 4. 23.

1. Ioh. 4. 24.

1. Ioh. 4. 25.

*Sicut parituri loquar, dissipabo & absorbebo si-  
mil.* Hæc vna est inter alias, ratio, inquit D.  
Thom. cur Christus in suo corpore immortalis  
post resurrectionem seruauerit sua vulnera pas-  
sionis præclariora: ad hoc producit D. Aug. *Sicut  
enim demonstrat & Testis non erudit, nisi tan-  
geret, & videret: ita inimici vulnera demonstra-  
turum est sua, vt convincens eos, veritas dicat: Ec-  
ce hominem, quem crucifixistis, videtis vulnera,  
quæ infixistis, agnoscentis latens, quod pupis sitis,  
quosiam per vos, & propter vos apertum est, nec  
tamen intrare voluistis. Tu ipse, quàm tua sic  
iusta, videbis, condemnatio, tu fareberis: Iustus*

es, Domine, & rectum iudicium tuum. Tu ipse Ps. 118.  
furiosus in te pœnas prouocabis, vt te reum ex-  
crucient: Ignem inextinguibilem, vt te consum-  
mat: demones, vt te in orbem deciant tot  
criminibus obnoxium: *Pœna militum in me.*  
Hic peccatorum tuorum grauitatem agnosces,  
illuc quis ille Dominus, quem offendisti, illic  
tuam nequitiam, ingratitude tuam, petri-  
nariam tuam, tuas stultitias cognosces, nul-  
lum esse, quod non mereare, supplicium, ac pœ-  
nas omnes, quinimò & ipsius inferni cruciatus  
tuis esse peccatis inferiores.

27

Sæpè perpenti illud adeo notum de D. Pau-  
lo, quod Christus cum inexpectato rapuit in  
iudicium ad animæ eius salutem. Persequeba-  
tur hic in discipulis suis Christum ira flagrans,  
infans buccis, vt narrat D. Luc. *Spirans mina-  
rum & cædis.* In ipso obæcationis & insanie  
feruore, Christus ei luce cælesti apparet cir-  
cumfusis, ex qua tanta profudit claritas, vt Saul-  
lum circumdaret, vt mihi persuadere finile  
quid fuisse Transfigurationi, cum ex luce, quæ  
de Christo promicabat, totus mons splendidus  
redderetur. Elias quoque & Moyses essent cir-  
cumamicti claritate. Talis autem fuit lux, quæ  
eum tanto metu percussit, ac perterritit, vt in  
terram pronus decideret, hanc vocem de cælis  
percipiens *Saule, Saule quia me persequeris* Red-  
de rationem Saule, cur me persequeris? Respon-  
det ille: *Quis es Domine?* Ait: *Ego sum Iesus Na-  
zarenus, quem tu persequeris.* Inquirunt D.  
Chryl. a & D. Gregor. b Cur Christus interro-  
ganti Saùlo, *Quis es Domine?* Non responde-  
rit, se nomine Iupremæ Maiestatis declarans  
quis esset, sicut Manue, talequid interroganti,  
respondit e: *Quid queris nomen meum, quod est  
mirabile?* vel vt Moyli d: *Ego sum, qui sum.* Vel  
ad minus dixisset: *Ego sum vnguentus Patris,  
ego verbum ante secula, ego principium & finis*  
(sed tantum) *Ego sum Iesus Nazarenus.* Ad quid,  
vel tantum non responderit, id quod Pharisæis  
querentibus. *Tu quies es?* respondit e) *Principium  
qui & loquor vobis:* vel saltem, sicut discipulis  
suis, quando ab eis recessit. *Ego sum vita, veri-  
tas, & vita.* Voluit, vt ipse Saulus contra le-  
ipsum ferret sententiam, & dum se Iesum dicit,  
quod est Saluator, pariter diuina sua luce, ce-  
sus obiecit oculis quidquid egerat, vt huic vo-  
mini satisfacere, vt eum redimeret, vt eum  
saluaret alioquin perituum. Illic luce meri-  
diana clarius ipsi ostendit suam Incarnatio-  
nem: quomodo Deus cum esset, propter eum  
factus esset homo, quomodo natus pauper,

Ador. 9.

a Ho. de

Conuerf.

Pauli.

b Lib. 13.

Moral. c.

111.

Cur

Christus

Saulo

dixit:

Ego sum

Iesus.

c Iud. 13.

18.

d Exod. 3.

14.

e Ioan. 8.

Ioan. 14.

6. 25.

1. Ioh. 4.

1. Ioh. 4.

1. Ioh. 4.

1. Ioh. 4.

1. Ioh. 4.

1. Ioh. 4.

1. Ioh. 4.

1. Ioh. 4.

1. Ioh. 4.

1. Ioh. 4.

1. Ioh. 4.

1. Ioh. 4.

1. Ioh. 4.

1. Ioh. 4.

1. Ioh. 4.

1. Ioh. 4.

1. Ioh. 4.

1. Ioh. 4.

1. Ioh. 4.

1. Ioh. 4.

1. Ioh. 4.

1. Ioh. 4.

1. Ioh. 4.

afflictus vixisset, horrendis mortuus cruciatibus, pro eo sanguinem vitamque profuderit: quæ omnia hoc nomine intelligebantur: *Ego sum Iesus*. Viden hæc Saul? Intuere quem persequaris, quem tam graviter offendas? quid tanta meretur ingratitude? quæ poena tali condigna perdidit? tu ipse Saulis profer sententiam: esto in propria causa iudex. Qualis tum Saulus? *Tremens ac suspens dixit: Domine, quid me vis facere?*

Impendere tempus non licet his verbis expendendis: *Tremens ac suspens*; sed alia consideremus. *Quid me vis faceres* q. d. Deus, quidquid de me dispoſideris, ut iustum approbo, non est quod contradicam. Omnes cruciatus, ad æquale supplicium, nulli sunt: omnia tormenta non sunt condigna, ad meorum criminum punitionem. Si Saulus in tantæ misericordiæ iudicio, talis hæserit, tam confusus, tamque conuictus: *Suspens ac tremens*: timore percussus, horruerint illi capilli, vox hæret faucibus, ossa collisa fuerint, contra seipsum tulerit sententiam: quid rerum tu ages, omnium sceleratissimè, in iustitiæ iudicio, quanto tibi dixerit: quid me es persecutus? De pulbere suscitavi te, corpus aptavi tibi, animam infudi, esse dedi & respiracionem: descendit de celo te in terra quæsiturus: *Ego sum Iesus*. Quid egi in tui redemptionem? quid passus, quid pertuli? Et quæ tua erga me gratitudo? Heu quam non confunderis? quis mentis horror, quis stupor, quis spasmus, quos contra teipsum non provocabis ignes, quas non poenas, quæ non dæmonia suscitabis?

**¶ 28** *Tunc damnabunt seipſos* (ait D. Ephrem) & opera, quæ fecerunt mala, tunc confitebuntur; a **DI**VS iudicium esse iustum, dicentes: *Audiebamus Ephrem* hæc, & a pravis nostris actionibus nolimus recedere. Fuit hic Doctor vitæ sanctitate præclarissimus & rus (de quo D. Hieronym. b.) *Ad tantam votum claritudinem, ut post lectionem scripturam, publicè in quibusdam Ecclesiis eius scripta recitentur*. Cuius vitam, utique meritis inſta Catal. gnem scripsit D. Gregor. Nyssen, D. Basilij Script. Frater vterinus. Et inter alia de eo refert. *Nulla Eccles. quippe dies, nulla vox, nulla diei, noctisque D. GRE. pars, nullamque brevisſimum temporis momentum, in quo non vigiles ipsius oculi lacrimis conspicerentur persus* &c. Huius credo dedisse occasionem, quam ipsemet narrat, visionem, ex qua sic exhorruit, ut huius occasione tractatum edidit doctissimum, cui præfixit titulum, S. Ephr. *De timore animi*. Dum die quodam, sic refert;

quies in angulo cubiculi sederet, considerationi mundi & omnium rerum vanitatis intentus ac suspensus, quam effrænes sequantur homines tantas mundi vanitates. His occupatus, oculos accollit, Christum videt luce perfusum cælesti, Divinæ Maiestatis throno residentem, qui sic illi: *Cur mihi ex toto non ferus corde, o Anima? cur tam negligens vitæ, in oratione tepidus, in pietatis operibus marcescens? cur te ad strictum meum non præparas iudicium: cur tot beneficiis, quibus te affecti, & afficio non respondes? Ego anima, tui causa mortem optavi, ut te sponsam mihi conciliarem, ego homo propter te factus sum, ut vitam tuam a corruptione liberarem, ego salutem tuam cunctis operibus meis præparavi, ego caelestem chalcamam tibi præparavi, Angelisq; mandavi, ut tibi ministrarent, tu vero me caelestem sponsam, & ineffabilia dona, quæ tibi præparavi, proſtitisti, me reliquisti, & inimicum tuum odio dignissimum contempnisti. Tanta Chæritas ei luce ostendit quæ esset Deus, quam iustum et ferre, quam sibi hominem devinciat, quam terribile malum, eum offendere, etiam in parvis rebus, et hunc in viro illo effectum fuerit operatus, quem ipse describit: *Ego, fratres in illa hora, coram Domino constitutus, vehementer contremi, & expavi, præferim enim formidabilia illa verba Domini, maximamq; animi confusioem advertebam, unde desicci præ timore, atque confusione anima mea: cogitabamq; ubi me absconderem quod tantam ignominiam ferre nequirem: dicebamq; apud me: Venite monias, & me peccatorem, ac impium operite, & dimisso capite confusus, alta voce me ipsum deslere lamentabiliter cepi, dicens: Cur ex utero matris prodi? &c. Examina, quælo, discernimen inter tuam, & D. Ephrem vitam, inter ipsius & tua sceleria differentiam. Si talis hæreat ob lumen quoddam illi appariens, si adeo Sanctus hic pudore perfusus, hic, inquam, mundi contemptor, penitens, devotus, ob minima peccata, si hæc ei coram tanta Maiestate, tam enormia videbantur, & ob illa tanto pudore suffusus ingemuit: quis te, horrorinuat, quis pudor, quis timor, Milone veracior, restans libidine vindictæ, putris in luxuriam, insolens animo: cuius scelera multiplicata super capillos capitis tui, cuius nequitia ad summum omnium malorum verticem ascenderunt, & contra te in cælum iudicem superentium contestantur?**

Huic visioni optimè convenit, id quod D. Hieron. de seipſo testatur, quando subito arreptus & in iudicium coram tremendo Christi tribunali præsentatus obſtupuit; cuius tanta erat

claritas

claritas ac splendor ex eo, cunctisque adstantibus dimanans, ut pronus in terra nec oculos quidem sursum tollere præsumeret, cœperunt eum igitur acculare, quod Ciceronianus esset, eo quod cum delectatione sensuali opera Ciceronis euolueret: hunc ei defectum tali modo obiecerunt, ut totus pudore suffusus, timoreque percussus, & ipsas gehennæ flammâs eligeret, ut se tantis eriperet angustiis. Idem dixero de eo quod de

D.M.T. **ASSA** scipia refert D. Mater Teresia, quando Dominus dignatus est illi splendida luce circumfusus apparere, & luce illa collustrata, ob suos quos videbat defectus veniales, ita verecundabatur, ut inferni cruciatus censeret multo tolerabiliores, & quo se verteret, ignoaret: addit his igitur: Consideraui, si tale quid me ita terrefacit, quid erit iudicij dies, quando Maiestas illa se nobis offeret tanta claritate, & peccata, quæ commisitimus, agni scemus: Hæc meditare, mi charissime, quis ille sit Dominus, qui te iudicabit, & qualis veniet. *Cum venerit filius hominis in Maiestate sua.* Christi sequere consilium: *Vigilate itaque omni tempore orantes ut digni habeamini fugere illa omnia, quæ futura sunt, & stare ante filium hominis.* Verba, quæ attentam exigunt meditationem, præsertim vltima: *Ut possitis stare.* Hoc est, ne cadatis, nec vos aut euerat, aut deiiciat hoc Dei tribunal.

Lib. vite  
Iue. 40.  
Luc. 21.  
39.

Psalm. 1.  
Oecurrit huic David, dum ait: *Non resurgent impij in iudicio.* Alij legunt: *Non consistent impij in iudicio (vel) non stabunt impij in iudicio.* O Domine, & quis coram tam tremendo stabit tribunali? *Quis stabit ad videndum eum?* ait Propheta, & sapiens: *Quis stabit contra iudicium tuum?* Contra iudicium tuum (idem est, quod) ante iudicium tuum (sicut) castellum quod contra vos est, id est, ante vos, aut coram vobis. Semper vigilate, orate, pœnitentiam agite: *Ut possitis stare.*

Cap. 12.  
12.

§. 8. **Congregabuntur ante eum. Secundum: Attende causarum discussionem: quæ se mundo purgabit. Quod Sapiens bene exposuit.**

29  
**S**ecundum nobis proponitur considerandum, nimirum, stricta illa discussio, & causarum omnium inquisitio: hic distinctiue omnium filiorum Adam causæ terminabuntur. Ad hoc omnes, nullo deficiente, congregabuntur, & coram summo illo comparebunt tribunali. *Congregabuntur ante eum omnes gentes; Hæron, Bapt. de Lanuza, Tom. 1.*

& iam ante prædixerat Propheta Joel: *Congregabo omnes gentes, & deducam eas in vallim iosa-* Joel 3. 2. *phat, & disceptabo cum eis ibi.* Articulus est nostræ fidei certissimus futurum vniuersale iudicium. Cum tam certus sit, nullibi reperis, Christum dicere, illud futurum, sed semper illud tanquam adeo omnibus perspicuum supponit, ut nullo modo veniat in questionem: proinde modo, quando de illo nominatim agit, non dicit, quod veniat ad iudicium, sed illud quasi supponens ait: *Cum venerit filius hominis.* Ad quid igitur iudicij huius dies? Fide notum est, quæ horâ quis moritur, eum illic ad illare diuino tribunali, iudicari, causam eius determinari in æternum, teste D. Paulo: *Statutum est hominibus semel mori, post hæc autem iudicium.* Ad quid secundum iudicium de iisdem causis; cum dicat Propheta Nahum: *Non iudicat Dominus bis in idipsum:* Anno: post mortem hominem continuo iudicari sententiâ diffinitivâ, à qua nulla detur appellatio, præter: *Si ceciderit lignum ad Austrum, aut ad Aquilonem, in quocumque loco ceciderit, ibi erit.* Nihilominus necessarium est vniuersalis diæ iudicium; ut se in hoc Deus exoneret.

Hebr. 9. 27

Eccles. 12.

3.

3.

3.

3.

3.

3.

3.

3.

3.

3.

3.

3.

3.

3.

3.

3.

3.

3.

3.

3.

3.

3.

3.

3.

3.

3.

3.

3.

3.

3.

3.

3.

3.

3.

3.

3.

3.

3.

3.

3.

3.

3.

3.

3.

3.

3.

3.

3.

3.

3.

3.

3.

3.

3.

3.

3.

3.

3.

3.

3.



ad luxum sic affluentem, ut & canes essent de eius mensa saturi, & mendicum pium Lazarum, qui nec micis decidentibus possit saturari; Avarum usurarium, cuius instar spuma domus accrescit, ac solis clausa pauperibus, vitum vero misericordiae, pietatisque meritis praesurgentem calamitatibus oppressum, cuius corruiat domus, ut nec sustentaculum habeat, quo succiat collabentem. Caeteris praeminere, imperare caeteris, quos puto demergi reposedunt demerita, & oblivioni dari, eos in tunc reici angulos, qui honoratissimas & altissimas merentur cathedras: pessimos videas prosperitatis latantes; optimos miseris oppressos: illos Iouis in gremio, hos autem, omnibus avumnis vitam ducentes afflictissimam. Hoc Salomonem rapuit in stuporem, ob quod asserbat, mundum redundare vanitatibus; & quod solus iustitiam corum, qua in illo sunt, graviter premeret cor suum, ac spiritum merore consumeret. Vanitas & afflictio spiritus. Vidi sub sole in loco iustitiae iniquitatem. Vidi servos in equis. & Dominos ambulantes super terram, quasi servos. Videbat quasi superficialiter in omnibus casum & fortunam, nec quidquam secundum rectam diuigi, & procedere rationem. Vidi sub sole, nec voluimus esse cursum, nec sortium bellum, nec sapientium panem, nec doctorem divitias, nec artificum gratiam, sed tempus, casumque in omnibus. Fuit opinio haec, non tantum inter eos qui publice, ut Iusti in mundo habebantur, velut Epicurei, qui ut sibi bonos indulgerent dies, docuerunt, praeter nasci & mori esse nihil, ut refert D. Clemens Alexand. quinimo & multi, qui inter sapientes numerantur, attrahunt, hunc a Deo mundum haudquaquam gubernari: & licet illic in caelo Maestatis suae haberet palatium, tamen ea quae infra lunam nubesque fiant negligere, & si tunc evertantur, inertantur suscipere deque, parum illi referre, de quo hoc proferebant iudicium: *Iob 22. 24. Circa cardines caeli perambulavit, nec nostram considerat.*

30. Aduertit autem D. Clemens, Inter eos, Aristotelem hanc opinionem mordicus defendere, quem ut philosophiae facile principem veneramus, qui, ait, insuper & quodam S. Scripturae testimonio illud confirmabat, (de quo idem dicit, multos Philosophos notitiam habuisse S. Scripturae) *Dominus in caelo misericordiam suam, & veritatem suam, usque ad nubes.* His annexit Theodoretus, quod Nicomachus Aristotelis filius, eandem cum patre sententiam tenuerit, ac do-

cutit, quam praedicta confirmabat ratione. Quis non miretur, quam suspensus haerere hac opinione Cicero, de qua ipse fuse disputat dubitans, in persona Telamonis, num dii mundi gerant curam? Si enim eius haberent providentiam (ait) extra dubium est, rependerent bona boni, & malis mala. *Si dii boni, ne curaverunt, deberent bona bonis, mala malis inferre.* Hoc autem (inquit) non tantum non faciunt, quinimo contrarie oppositum: videmus enim iustos oppressos persecutionibus, laboribus fatigatos, malorum manibus trucidatos; malis vero omnia ex votis succedere, esse divites, sanos, quietos, honoratos. Huius inventu catalogum recenseret virorum tam antiquorum, quam sui temporis: qui licet iusti, specula virtutum, omnem tamen suam vitam tradiderunt in avumnis, & tandem infeliciter discesserunt. Duo illi Scipiones, toto mundo celeberrimi: in bello Hispanio miserè obierunt. Marcellus manibus Hannibalis perire, & Africanus, omnium ore laudatus, sub ruina domus suae interit. Anaxarchus Democritus in Ilyria Cyprii membratum diuiditur. Zeno sapientissimus acerbissimis doloribus occubuit. *Quid dicam (ait) de Socrate, cuius mori illud laebrymari soleo, & latenter legens.* Sic de multis idem probat. In contrarium, videmus scurras, nebulones, fortunatissimos, & quo impudentiores ruebant in crimina, eo vimebant locuste felicitati: Ad sunt, Phalaris, Apollodorus, iustorum oppressores, omnis virtutis inimici: ditissimi, sibi elbae gallinae, vita quietissimi: digito signatur Dionysius Siculo tyrannus, sacilegus etiam templorum prado, iporum laero, ac ludio Deorum: hinc omnia ita ex avari decreto succedebant, ut ipsemet miraretur: dum enim in Siciliam navigat, ita prospero vrebatur vento, ut quasi Leos irrideus, sociis diceret: *Videri amari, quam bona à diis immortalibus navigatio sacrilegi detur?* Et hoc, inquit, ei gradum fecit, ad turpiores nequicias: cum videret, quod quo sceleratior viveret, eo evaderet felicitior. Hunc ne quidem aut fulgur, aut pestis abluat, nec cum domus ruina suffocavit, sed aetate grauis in lectulo suo, pacatissimus obdormiuit: heredem filium inaltiuens eorum omnium, quae rapina fuerat depradatus. *In lectulo suo mortuus, potestatem quam ipse per seculum erat nactus, quasi iustam & legitimam, hereditatis loco, filio tradidit.* Insuper ob hoc & ipse Diogenes Cynicus, aiebat: dormit

Eccles. 3.  
Eccles. 10.  
7.  
III.  
Philosophi Dei negarunt providentiam.  
Eccles. 9.  
21.

Lib. 1.  
Sromat.

30.

Lib. 5.  
Sromat.

Rf. 35.

Cicero  
Lib. 3 de  
natara  
Dicerat  
ad ha.

Ad  
tum  
pro  
tra

Li  
Li

Deos: eo quod videret latronem Harpulum, quo nefandiores committeret rapinas, & iustum sanguine macularet manus, eo lætiori gauderet prosperitate. Quis talia considerans, credat huius mundi cura Deos detineri? Hæc verba sunt Ciceronis.

31 Porro ex hoc errore te liberat Apostolus, dum eam opinionem, vocat inanem fallaciam, Cal. 2. 8. & irrationabilem philosophiam: *Videte ne quis v. s. decipiat, per philosophiam, & inanem fallaciam.* Docet autem vera ac subsistens philosophia, quod Deus mundum creaverit, & creatum mundi ipsius non committat voluntati, sed ipse regiminis eius clatum teneat, omnibusque que in eo sunt supremus præsit gubernator; qui sapientissime cuncta disponat, vel faciundo, vel permittendo. Quia vero huiusmodi iudicio tam multa sunt incongruè, petueto ordine, rationi contraria, & ea non tantum diuino regimini, verum & sapientiori hominum discursui repugnancia, necesse est diem quandam signare in quo Deus seipsum exoneret, detque omnium rationem, nihil enim est, quantumlibet minimum, quod suam non habeat rationem. Hanc rationem subtiliter stabilivit Elin amicus Iob in illis multis altercationibus, quas ipse Iob proponit. Supponit hoc principium: quod Deus mundum moderetur. *Quem constituit alium super terram, aut quem posuit super orbem, quem fabricatus est? Indubium est, quod Deus per se creavit caelum & terram, nullâ alia creatura in auxilium aut consilium cunctis adiecta dilponendis, sed ita ut disposuerat, voluit ut manerent; nec eius conuenit bonitati aut sapientia, eo cuncta ordine creare, & demum illa deserere: quia ad hoc, quid necesse tam magnificam exultare molem, suæ dignam congruamque potentia? quocirca aut sua auctoritate constituit quemquam debuisset, qui curam gereret huius immense Reipublicæ, qui Dei fuisset Vicarius, vel ipse in se huius regiminis curam onusque suscipere; Receptorem nullum nouimus, cui regimen hoc commendauerit: ipse ergo sibi hanc supremam mundi dispositionem tulerat; quasi diceret (Interprete D. Gregorio: ) *Per se quidem mundum regit, qui per se condidit, hoc eger alienis adiutoris ad regendum, qui non negligit, quod creauit. Quod bene creauit, utique bene regit: qui quod pie condidit, impie non disponit. Et qui necdum facta creauit ut essent, quæ facta sunt, nunc non deserit.* Regit Deus*

hunc mundum, & in eo aduertimus ex nostro sensu tot incongrua, tot stultas confusiones: optimos plagis exceptos, pessimos honoribus auctos: qui probrato in stipite exsiccandus fuerat, in throno resider, & cui talis conueniebat sedes, patibulo affigitur: qui carceri mancipandus, liber incedit, qui liber euadere debuerat, hic ergastulo concluditur. Num hæc igitur ita Deus facta dimittet: *Viri cordati audite me, Absit à Deo impietas, Job 34. 10. Et ab Omnipotente iniquitas. Opus enim hominis reddet ei, & iuxta vias singulorum vestiet ei.* Nullam Deo adscibatis iniustitiam, nec eius regimini defectum: audite solutionem meam *Viri cordati.* Quam si audieritis, hinc colligetis, de necessitate iustitiæ requiri diem, quod Deus suam probe animi integritatem, & toti mundo propalam faciat, detque rationem ob quam, eorum omnium que hic contingunt; offendat autem hæc facta, disposita, permilla, summa quadam sapientia, ac itreprehensibili æquitate: idem definiat omnium lites, cuique pro meritis supplicia decernat aut præmia. *Opus hominis reddet ei.*

Hoc idem sensu Salomon, factus tam sapiens ac cordatus, ut liber ille Ecclesiastes testatur. Oculos, inquit, in mendium conieci, & vidi cuncta inuerso gei ordine. *Vidi inquit in loco iudicij impietatem, & in loco iustitiæ iniquitatem.* Considerans tantam deordinationem: *Dixi in corde meo: Inustum est impium iudicabit Deus.* Hinc certam hanc elici conclusionem: fieri non potest, ut sic cuncta permaneat: horum debet Deus reddere rationem: dies præscribendus, quo illam in totius mundi corona reddat in sui exonerationem. Hanc rationem, ex sensu D. Basilij, ut firmam voluit Deus fundare primis ipsis Sacre Scripturae verbis. Intendit nobis edicere, quod qui mundum condidit, fuerit Deus: *In principio creauit Deus caelum & terram.* Ex Hebræo, ut prædiximus, legimus *Helaim*: Deus, Iudex. q. d. In principio creauit Iudex caelum & terram, id est, vniuersam hanc maximam machinam. Dic (quæso te) historiographe sacratissime, ut quid Deum iudicem vocas? quid iudici cum creatione mundi? Creatio opus est omnipotentia, ac proinde conformiter dixisset: Creauit omnipotens. Ex diuino fuit hoc consilio: ait Dom. Bassius inter se connectere, mundi iudicium, quod in mundi fine celebrabitur, eiusdem creationis



V. quæ mundo dedit esse ac principium: ut intel-  
 Iudicij ligamus, quod qui eum condidit, de manibus  
 expecta- suis non dimittat, & tanta regat sapientia, ut ei  
 tio sola- sinem imponat iudicium quodam uniuersali, in  
 tur iustos quo de eius optimo constabit regimine, & satis-  
 faciet super his, quæ in illo transacta sunt; à  
 primo die creationis, usque ad vltimum quod ter-  
 minabitur.

Hæc fuit ratio Salomonis, quia iustos sola-  
 tur, quos mundas dicit afflictos, & calamito-  
 sos. Postquam illis multa dixit præclara ad eor-  
 um consolationem, qua ratione, scilicet,  
 Deus illis sua gratia ac beneficiis succurrat,  
 quam velox sit eorum in orationibus ac deside-  
 riis exauditor, ut lucem infundat, qua illis suis  
 in afflictionibus optuletur, & iam quasi nihil  
 ultra foret dicendum; seruiens quodam spiritus  
 cæstro, velut extra se captus, quo simul  
 postmodum Christi Apostoli repleti sunt, ut  
 ipsos ebrietatis, & multo plenos accusarent,  
 sic ait: Multa dixi, verumiamen. *Adhuc con-  
 ciliabor ut enarrem, vs furore enim repletus sum.*  
 Adhuc mihi superest quod dicam, in maxi-  
 mum vestrum emolumentum, consolationem,  
 & instructionem. *Obaudite me diuini fructus,  
 & quasi rosa plantata super riuus aquarum fru-  
 ctificata. Iustos vocat fructus diuinos, admi-  
 rabili mysterio, ut declaret, illos esse quos Deus  
 requisit, quando mundi condidit hortum, si-  
 cut ille, qui hortum plantat, id quod præten-  
 dit, fructus sunt. Ita de iustis, loquitur Eccl.  
 4. Esu. 6. 5. 55. Proinde illis collectis: peribit mundus, Obaudi-  
 te me viri iusti, ait Salomon Non tædeat ser-  
 uire Deo: patienter egite, solamini in Domi-  
 no; gemineut diebus singulis ut rosa fragran-  
 tissima: ac foimonsillima bona vestra opera:  
 perfecte tacete, & pro omnibus, quæ passi fue-  
 ritis, Deo egite gratias, in paupertate, infir-  
 mitate, persecutione, calamitate, rerum in-  
 continentate, & calumniis. Benedicite Domi-  
 num in operibus suis, date nomini eius magnifi-  
 centiam & gloriam: opera Domini uniuersa bo-  
 na valde: hæc noueritis, his firmam adhibete fi-  
 dem.*

33 Quomodo ergo, Domine mi, aduertimus  
 tantam deordinationem, tantam iniusticiam,  
 tantas iniurias, nequicias tantas? qua ratione  
 radicem figant monstra impietatis, & eruantur  
 sanctissimi? qua ratione diuinit ad crudelissi-  
 mos deuoluuntur, qui his æternum pereunt, &  
 premunt viros misericordie rerum inopia? Ne  
 credidens inquit hæc Deum ignorat, vs-

que ad ipsos atomos in aere volitantes, omnia  
 oculis eius sunt presentia. *Opera omnis carnis Eccl. 38.  
 coram illo, & non est quidquam absconditum ab  
 oculis eius. A seculo, & vsque in seculum respici-  
 cit, & nihil est mirabile in conspectu eius.* Præ-  
 clara verba. Admiratio nascitur ex eo quod ef-  
 fectum videas, cuius causam ignores. In con-  
 spectu Dei nihil est mirabile eorum, quæ in  
 mundo sunt, habent enim omnia in ipsum  
 prouida sapientia rationem. Tu, qui horum  
 ignoras rationem, admiraris. Non veto Deus,  
 quod miretur habet: quia in conspectu eius,  
 omnia habent causam, ex sua diuina sapientia  
 dispositam aut agendo aut permittendo. Secun-  
 dum hoc, non te molestes, interrogando, in-  
 quirendo, rerum rationem; quia ad hoc præsti-  
 tur Deus tempus, quo eas, dilucide, & eu-  
 denter declarabit. *Non est dicere: Quid est hoc,  
 aut quid est istud? Omnia enim in tempore suo  
 quærentur. Quid frustra queris: Quare via  
 impiorum prosperatur? Cur regnet Herodes, 20.  
 cur Ioannes in carcere? Cur libidinoso sanitas,  
 casto infirmitas? Cur iniusto regimen, iusto  
 autem subiectio? Scito omnia habere ratio-  
 nem suam cui reddenda statuitur illud iudicij  
 tempus: modo vero, nullò modo de his in-  
 quirendum. Nolite ante tempus indicare, quoad  
 vsque ueniat Dominus, qui & illuminabit al seon.  
 dita tenebrarum, & manifestabit consilia iusti-  
 um, & tunc laus erit unicuique à Deo. Deus bo-  
 ne, & quod erit illud tempus, tam horrendum  
 quis dies ille tam tremendus, quo Deus om-  
 nitum reddet rationem? Omnia in tempore suo  
 quærentur. Cur mortuus iuuenis, cuius vita tan-  
 ti censebatur momenti, & vsque in senectam &  
 sentum superstes ille, qui non nisi, ut alius in-  
 ferat damna, committatque iniusticias, vivere  
 uidebatur? Ut quid ille submersus aquis, fami-  
 lize suæ tam necessarius, ille vero eripitur, qui  
 non nisi ut eam enertat, vitam agit? Cur vitis,  
 Reipublicæ pestis, tumultuosus, moriatur au-  
 tem pacificus, defensor? Cur opibus abundat,  
 qui illis in aliorum abutitur detrimentum; ei  
 vero deficiant, qui eas misericordie impenderet  
 operibus? Cur peruersus tener clauum tyran-  
 nus, necesse vir piissimus ualet defendere, iustus  
 ouis instar mansuetissimæ? Omnia in tempore  
 suo quærentur.*

Hunc diem iudicij vocauit D. Petrus. *Temp.  
 pus restitutionis omnium. D. Irenæus legit:  
 Tempus dispositionis. Id est, omnia suo loco con-  
 struendi. Nunc male dispositus frutillus auersus  
 est ordo taxillorum; tunc quilibet suo restitue-  
 tur.*

Eccl. 39. 19.

4. Esu. 6. 5. 55.

Eccl. 38.

33

Eccl. 39.

1. Cor. 45.

1. 4.

Ador. 3.

1. 13. 8.

Lib. 1.

6. 12.



quæ ob eius legis obedientiam libens effuderat. Ecce qua ratione dies iudicii futurus sit dies re-  
stitutionis.

§.9. Congregabuntur ante eum &c. Deus omnes congregabit, & malos, bonorum con-  
vincet virtutibus: sicut dixerunt Henoch,  
Myses & David.

**A**D faciendam hanc inquisitionem, & causa-  
rum discussionem, Congregabuntur ante eum  
omnes gentes; omnes, boni, mali, iusti, pec-  
catores, magi, patui. Congruum est autem hoc,  
ad bonam discussionem, quæ faciendâ est in corona  
torius mundi. Itâ iam ab exordio mundi præ-  
dixerat Henoch, ita notante D. Iuda Apostolo.  
Prophetavit de his septimus ab Adam Henoch di-  
cens: Ecce venit Dominus in sanctis millibus suis,  
facere iudicium contra omnes, & arguere omnes  
impios, de omnibus operibus impietatis, quibus im-  
p. egerunt. Arguere, idem est quod, convincere, vt  
expouit D. Thom. eo modo, quo D. Paul. fidem  
dicit: Argumentum. Quod significat, vt alij le-  
gunt. Conuictio: quia, ad credendum res superna-  
turales, id quod intellectum conuincit, & ligat,  
non est ratio naturalis, sed fides. Veniet ad iudi-  
cium in Sanctis millibus suis, arguere omnes im-  
pios id est convincere &c. Possumus autem hoc de-  
clarare, illa visione Moysi: Vidit hic Deum in  
monte Pharan, qui secum duceret multa sancto-  
rum millia, pariter in manu sua igneam legem:  
Apparuit Dominus de monte Pharan, & cum eo  
sanctorum millia: in dextera eius ignea lex, dilexit  
populos. Omnes sancti in manu eius sunt. Video  
Prophetam Isaiam, qui hanc nobis explanet  
visionem: dicatque montem Pharan esse locum iudi-  
cij: eo quod Pharan significet diuisionem: &  
hæc in iudicio peragenda creditor, vt dicit Chri-  
stus in Euangelio, Separabit: proinde vocatur ab  
eo, mons diuisionis: In monte diuisionum stabit  
Dominus: O quæ hic non sicut diuisiones? Ad  
hoc iudicium & inquisitio. In dextera eius ignea  
lex. Ignea vocatur: quia lex est amoris, resplen-  
dens & clara, vt de ea sit præfatus David: Præ-  
ceptum Domini lucidum illuminans oculos. Hanc  
ad iudicium trahet: est enim velut commenta-  
rius quidam, ex quo sunt omnes iudicandi. Hoc  
aut illud tibi præcepi, videamus qualiter obedie-  
ris. Porro non tantum legem adducet, sed & sancto-  
rum millia: quæ ob custoditam legem, sancti  
fuerunt Cum eo sanctorum millia, in sanctis mil-  
libus suis. Ad quid? Arguere impios, eorum re-

plias refutare. Ad isto vindicta flagrans; Ignea  
lex. Ego tibi præcepi: Diligite inimicos vestros  
&c. Verum quomodo illos non tantum tu non  
dilexisti, sed insuper & occidisti? Replicabit ille:  
Domine, vit eram honorabilis vniuersæ plebi &  
Reipublicæ, ne verò honori meo derogarem, ne  
me pusillanimum arguerent; homo eram, & vt  
sanguine bulliens, ira bileque succensus & San-  
ctorum millia. Prodeat Ioseph: qui vt tu, toti  
Ægypto venerabilis: suis plus tamen redemit  
venditores. Adsit David: maiori te multo pol-  
lens auctoritate, hic eius conseruauit vitam a quo  
ad mortem querebatur. Tertius sit D. Strep-  
hanus; homo titulis multis præclarus: hic pro la-  
pidantibus oravit genitorem. Prodi scortate  
impudicissime. Ignea lex. An non tibi mandauit,  
carnem tuam mortifices, inhonestis abstineas o-  
peribus? Domine, debilis eram & humanus. San-  
ctorum millia. Adhuc Sancta Agnes virgo reueren-  
tissima, duo iennis, quæ hos omnes affectus animo-  
sa superauit. Vnus Paulus, infirmus, qui hanc  
carnem castigans in spiritus redigebat ferunt,  
tem, vt ouem mansuetissimam. Veni auri cupi-  
dissime. Ignea lex. Negare num poteris meam  
de dauda elemosyna præceptum, de misericor-  
diæ visceribus pauperi exhibendis? Domine, ni-  
miâ grauabat familia, ac prole numerosa, ne mihi  
igitur desset, prouidus timebam. Sanctorum mil-  
lia. Te conuincit Abraham tantâ diues familia,  
vt ex vernaculis, ad trecentos numeraret, nihilomi-  
nius misericors inquirebat peregrinos &c. Ad-  
esto ventris tui cultor, vini pernicies. Ignea lex.  
Quid tibi sæpius inculcavi quàm ieiunium, car-  
nis macerationem, corpori castigationem? Do-  
mine: eneruus eram Sanctorum millia. Viden D.  
Franciscum, vix ossibus hæret: cuius tamen vitæ  
decentus, continuum fuit ieiunium ad stuporem  
strictissimum. Eius sit comes D. Dominicus qui  
carnem suam singulis diebus tribus excipiebat  
disciplinis vsque ad sanguinis effusionem.  
Hoc cecinit David in laudem Sanctorum in 36  
die gloriæ Christi & Sanctorum: Exultabunt  
sancti in gloria. Gloria nimirum iudicij de quo  
D. Paul. Venit glorificari in sanctis suis. In illo  
die: Gladij ancipites in manibus eorum, ad sa-  
ciendam vindictam in nationibus, increpationes in  
populis, ad alligandos reges eorum in compedi-  
bus. Erunt eorum pia opera, vt gladij ancipites, qui  
vestras discabant excusationes, vt ne hilum su-  
perfit, cui innitantur: erunt fortissimæ catenæ,  
compedes ferrei, qui manus, pedesque constrin-  
gant peccatorum, vt nec possint euadere, nec  
tationes obtendere, nec quætere diuertula.



Ad alligandos reges eorum in compediibus &c. Hinc vitæ veltræ sumetur reprehensio, cuiusque condemnatio. Quid igitur, o proditor fortior esse debet, quam tu, virgo tenerima? debilis religiosus? An non tu, quod illi. cum & eodem gaudeas Deo, & tibi promissam habueris gratiam, & ad manum eadem Sacramenta. Hinc ex D. Augusti habemus expositionem eius visionis, de qua supra meminimus, vbi ait D. Ioann. coram throno coadunari mortuos omnes, vt iudicentur: ad eorum vero terminandas causas: *Libri aperti sunt &c. Et iudicati sunt mortui ex his, qui scripti erant in libris. Qui libri etunt hii Sancti (respondet D. Augusti) in quorum cordibus, & moribus distinctius scripta videbitur Dei, ac mandatorum eius ignea lex, quam in illuminatissimis libris: quorum possint dicere singuli: Legem tuam in medio cordis mei. Ex illis constabit non minus potuisse te Dei leges observare. Homines fuerunt tui similes imbecilles, carne & ossibus compacti, qui ieiunia, qui sentiebant disciplinas. Eorum castitas tuam arguet lasciviam, eorum abstinentia tuos luxus, eorum recollectio tuam libertatem, eorum orationes tuas distracciones, eorum silentia tuam loquacitatem: & tot contra te erunt malitiæ videbis iudices, quot illic aderunt sancti, qui omnis nequitia expertes Deo seruiertunt. Va mihi (gemit D. Augusti. tot iudicibus inops adfabo, quot me in bono opere præcesserunt, tot arguentibus consumor, quot mihi præbuerunt bene vivendi exempla: tot commineat iustibus, quot me monuerunt profectus sermonibus, seque imitandos iustis dederunt actionibus.*

Ad rem nostram ponderat D. Gregor. verba illa Iob: *Instauras contra me testes tuos, & multiplicas iram tuam adversum me, & pœna militans in me. Testes Dei, sunt sancti (Antipas testis meus fidelis: ait Deus) testes sunt, qui aperte probant, quod Dei possis legem observare, esse perfectus, si velis. Illos tunc restaurabit, quando eorum vitam in lucem proferet. Ex illis tanta suffunderis verecandia, vt ipse tuam sis sententiam approbaturus, ignes aduocabis æternos, & penas contra te gehennales. His satis conformiter locutus est David Psalmo illo 49 quem exponit D. Augusti. qui quasi terribilis præcedem hunc proclamavit: proinde sic exorditur voce præconia. *Deus Deorum locutus est. q. d. Audite, quæ vobis significantur, quid vobis dicat Deus Deorum. Hoc Epitheto Deus Deorum supremam Dei demonstrat maiestatem. Hoc enim nomen est præcellentissimum, quo viri**

alicuius possit auctoritas declarari si illum Deum voces.

Nec cogitari quid altius potest: licet quis sit adeo vanus & stultus, vt Nabuchodonosor Rex Babylonis, de quo Propheta Daniel aut Pharaon Rex Aegypti, de quo Ezechiel, vel ipse Lucifer. Illa igitur proclamatio non est Dei, cuiuslibet sed supremi, *Deus Deorum*, cuius comparatione, nihil habet esse, aut virtutem, aut valorem, aut diuinitatem. Ille nimirum est Deus, cuius nomine David id toti mundo loquitur. Et quid annuntias? *Ex Sion species decoris eius, Deus noster manifeste veniet.* Notat hic David (ita eum interpretantur D. Athanasius, D. Didymus D. Cyrillus.) duos aduentus: primus erit, quando apparebit in Sion, id est Hierusalem, pulcher, mansuetus, humilis, peccatores suâ inuitans misericordia, gratiâ alliciens, & conuocans venditione. In hoc venit ita absconditus, vt nec eum poterint cognoscere in mundo, quin potius ignorant. *Nec reputauimus eum.* Non Deo talis videtur habitus conuenire, cum fuerit humilis, abiectus, passibilis. *Verè in e. Deus absconditus.* Ait idem Propheta postquam illum attentius considerauerat. *Secundus vero aduentus apertus erit, in maiestate diuina, & suprema celsitudine: Deus manifeste veniet.* Et qualis veniet, veniet vociferans, rugiens, comminans, *Deus roster & non silebit.*

De primo aduentu prædixerat Isa. *Non clamabit, neque accipiet personam, nec audietur vox eius fortis.* Videntur aut talis non fuerit coram Anna & Caïpha Principibus Sacerdotum, ita vt necesse fuerit eum per Deum viuum adiurari, vt vel vnicum profertret verbum. Coram Herode ita obmutuit, vt eum instar stulti irriserit, & vt talem, veste carulida vestierit: quia: *Non respondit ei ad vllum verbum.* Coram Pilato, quasi elinguis stetit, ita vt miraretur *brases vehementer.* Porto in secundo aduentu, non tacebit: quid ergo? audi Isaiam. *Tunc Dominus vociferabitur, & clamabit: Tacui, semper silui, patiens sui, vt parturient loquar.* Tu verò o Rex piissime, dic nobis, qualis veniet? *Ignis in conspectu eius exardescet, & in circuitu eius tempestas valida.* Verba hæc pluribus redundant mysteriis, quàm litteris: q. d. ait Hesichius veniet enim. In Casena tens fluuios igneos, vt eum vidit Daniel quod *Fluuius igneus, rapidusque à facie eius egredietur.* Dan 7. 10. In primo aduentu coronatus apparuit misericordius, vt eas concederet, illis alios iouabat, tunc verò, in circuitu eius tempestas valida, veniet circumvallatus tempestatibus, horrendo, cond-

Dan 3. Ezech. 28.

In Casena Græca.

Isa. 53. 2.

Isa. 45. 15.

37

Isa. 42. 2.

Matt. 27.

Isa. 42. 13.

Psal. 49.

In Casena Græca.

Dan 7. 10.

1. de  
1. 14.  
1. 1.  
1. 10.  
1. 1.  
1. 1. 8.  
1. 1. 6.  
1. 1. 1. 9.  
1. 1. 1. 1.  
1. 1. 1. 1. 1. 1.  
1. 1. 1. 1. 1. 1.  
1. 1. 1. 1. 1. 1.  
1. 1. 1. 1. 1. 1.  
1. 1. 1. 1. 1. 1.

truis, fulgetris terrificis, turbibus, ventis inuicem contrariis. *Aduocabis caelum deorsum, & terram discernere populum suum.* Venit, & vult discernere, & delinire omnium hominum causas: ad hoc autem, aduocabit caelum & terram, vt sint iusti sui iudicij testes oculati. Vocauit

olim Deus per Moysen (inquit D. Didymus & D. Chrysof. b) caelum & terram in testes, quando dedit legem suam: praemia obseruatoribus, & poenas decernens praevicatoribus. *Te-  
ra & sal. In illud. Vides in hoc die caelum & terram.* Sint illi quoque testes iustae condemnationis, Vel indicat, tam publicum fore illud iudicium, vt futurum sit in confessu caeli & terrae: formula, qua solemus declarare rei alicuius summam publicationem. Quid intendit? *Discernere populum suum.* Expedire rationum codicillos, ateam suam ventilare; dare vnicuique quod suum est. Ad hoc quid faciet? Primum: *Congregate illi sanctos eius, qui ordinauerunt testamentum eius super sacrificia.* Videtur colloqui Angelis, quibus praecipit. Segregate mihi ab vna parte sanctos; statuite illos seorsum: illos, inquam, quorum omnis actio fuit & vita, seipos mihi litere in sacrificium, testamentum & legem diuinam obseruantes. Ad quid hoc? Vt per sanctam illorum vitam aliorum peruersa condemnentur, qua sic euidenter condemnabuntur, vt ipsi caeli Dei iustitiam voce praeconis euulgent. *Et annuntiabunt caeli iustitiam eius.*

Quomodo respondebis epulo, te ieiunare non potuisse, cernens illic tot, tam debiles, qualem te singis, imo & debiliores, qui tam abstemij vixerunt? Quomodo replicabis effamine, carnis non valui superare voluptates; ecce tibi tot puella quae tot praecleara de carne sua trophaea crexerunt? quid obiicies vltor iniuria irreconciliabilis: honori tuo derogandum, si calumniatori patceres, beneuolus, Viden, tot ad supremos euectos honores: quibus nihil adeo curae fuit, quam benefacere, his, qui eos oderant, & preces fundere pro suis interfectores? Post haec verba, ponit David, nomen. *Solach*, de quo sancti Doctores multa dicunt, & communiter concludunt significare stentoreae vocis elevationem: & adhuc maioris considerationis: declarando, quod David quasi attonitus, & sursum elatus in contemplatione eorum, quae dixerat, haesitaret. Demum Psalmum concludit, ad peccatores conuersus, Dei sui que obitos, eis acclamans, vt in se reuertantur: *Intelligite haec, qui oblitiscimini Deum, ne quando rapiat, & non sit, qui eripiat.*

§. 10. Congregabuntur. Ad vniuersalem satisfactionem, omnia bona, omnia mala illic reuelabuntur, quod summum inferet bonorem peccatoribus.

Insuper voluit Dominus his verbis: *Congregabuntur ante eum omnes gentes*, iudicare, quid sit futurum, vt integra, iusta, & perfecta causarum hominum fiat discussio, & omnibus numeris absolutam dei satisfactionem, in totius mundi concione, de diuina sua iustitia. Et est, quod sicut ipse lux est suprema, de qua D. Ioannes: *Erat lux vera, qua illuminat omnem hominem, & idem. Deus lux est. & tenebrae in eo non sunt vllae.* Omnibus gentibus coram se adstantibus ex se clarissimam emittet lucem, qua omnium conscientiae, intima quaeque, abstrusissimi cordium sinus luce clarius patebunt: sicut haec terrena quoad exteriora patent, soli exposita, quia eo momento quo super haec sol suos diffundit radios, & splendidissimam suam emittit lucem, cuncta deteguntur, etiam minutissimatomini, & aeris vel minimi puluisculi. Ita vt secretissimum cordis intentum, occultissima mentis cogitatio, cunctis adeo dilucidè pateant, vt lux ipsa. Erit autem illud, inter cetera, maximum Dei omnipotentiae miraculum. Quis cordis nostri nouit secreta? Et ipsis Angelis imperata occultantur. Soli Dei infinita sapientiae referuatur cognoscenda, cuius infinitae scientiae hoc sibi adscribit epithetum: *Ego Dominus scrutans corda, & probans renes.* Et nihilominus ista sua superna luce, exponet occultissima quaeque, patentiora iis quae luce meridiana manifestate deteguntur.

Refert Seraphicus Doctor D. Bonaventura in vita reuerendi Seraphini Patris sui D. Francisci quod dum Assisi esset extra Conuentum nocte quadam religiosus Recollectis, quibusdam orantibus, aliis dormientibus, Monasterium peruasit curus quidam igneus, cuius splendor erat eximius nimis, huc insidebat D. Franciscus in modum globi, vt sol, fulgentissimi; qui tales de se emittebat radios, quibus ad intima quaeque cordium penetrabat omnium Religiosorum, quos item ita splendor sua luce reddidit: vt singuli, quid alij cordibus gererent absconditum, distinctius intuerentur. *Ex virtute mirandi luminis, alterius alteri conscientia nuda fuit.* Ait Seraphicus Doctor. Voluit Deus hoc schemate D. Francisci declarare sanctitatem, & quae esset eius animae

animæ lux tanta, quod tota esset instar solis lucidissimi; tam splendet cordis abscondita religioforum. Si hoc potuerit lux illa, quæ de corpore sancti illius manabat qui adhuc mortalem hanc vitam agebat, vilj indurus faceo, multis anxius miseris, quid faciet lux illa, quæ ab ipso iustitiz sole diffundetur, in suæ claritatis rota, in die maximæ suæ gloriæ ac misertatis?

Hoc idem capere licet ex lucæ quadam, quam Dominus communicavit D. Anselmo Episcopo, sicut refert socius eius Edinerus. Cæpit vit pius à primis vnguiculis studiis se dare S. Scripturæ, & Prophetarum reuoluens prædictiones nocte quadam, sua reclusus in cellula, ipsâ hora matutinalis officij: in hanc incidit considerationem, quæ fieri possit, vt Deus tam longè ante, res tam variâs, ac singulares, Prophetis præostendat: quæ multis ab illis distabant annorum censuris: Ecce inexpectatè: tantam oculis Deus lucem infudit, vt cellâ clausâ, partibus inclusis, illis nullo modo impediuntibus videret, ac clarissimè cunctos detegeret religiosos, qui sese ad horas matutinas disponebant: hunc vidit, ac repto campanæ sune pulsantem, alium vidit crepitaculo monachos excitantem, sacrificiam lampades emingentem, & altaris eandem ac cendentem: hunc cernit gaudente se vellentem, vt chorum primus adeat; illum fecordem, somnolentum, remissum, omnes deuique qualiter quisque ad officium diuinum properaret; hunc qua ratione coram altari genu flecteret; lachrymis totus infusus; alterum non tali procumbentem deuotione: omnia vero hæc simul vidit, & quodque ita discretum, quasi illud solum conspiceret, & omnia tam distinctè, quasi singula ad lucem cerneret meridiamam. Hunc efficacem splendorem admittare; & licet illum Deus dederit, vt D. Anselmo exponeret claritatem lucis, illius quâ suos illuminabat Prophetas, symbolum tamen nota prodigiosum eius splendoris, quem ipso iudicij die hominum oculis communicabit, vt in actu oculi videant, quidquid est in omnibus, & eorum singulis claritatis, quam si ad ipsius solis splendorem exponeretur.

Hoc ipsum (sentit D. Augustin.) exposuit D. Paulus præclarâ nostrorum oculorum metaphora. Ex p. offello tractat huius articuli veritatem, ac declarat, qualis futura sit resurrectio, & quid rerum in die iudicij sit peragendum. Ecce mysterium vobis dico: Omnes quidem resurgemus, sed non omnes immutabimur. In momento, in actu

Hieron. Epist. de Lanza, Tom. I.

oculi. Persuadebat sibi Apostolus (inquit D. August.) quod ea quæ diciturus esset, magnam auditoribus parentem admirationem, & creditu difficilia viderentur, quinimo Philosophiæ axiomatibus impossibilia, ob hoc illos prauent, ac supponit, id, quod illis diciturus est, nostris stultis iudiciis non conuenire, nec humanis rationibus; bene quidem mysteriis celestibus, quæ nostræ superant naturæ capacitatem.

Ecce mysterium vobis dico: quasi dicat: Quiescat cogitatio tua, o homo, quisquis es, præbe aurem consequentibus verbis. Et corrige presumptionem cogitationis. Ecce, inquit, mysterium vobis dico (Et quod illud?) Omnes resurgemus sed non omnes immutabimur. In momento, in actu oculi in nouissima tuba. Omnes resurgemus, sed non omnes ad meliorem vitam immutabimur, sed soli boni. Hoc postmodum exponemus. Et qua ratione fiet hoc? quid contingeret duo maxime miranda, quibus Dei manifestabitur omnipotentia. Primum: resurrectio fiet in momento. Legit D. August. ex Græco: In atomo: & conuenienter elucida, quod atomus Græcè significet induisibile, & induisibile temporis est instans, seu momentum. Erig igitur resurrectio in momento. Et licet, vt declarat D. Thom. Collectio cinerum omnium hominum, per Angelos fiat in tempore: eo quod localis interueniat motus, de vno ad alterum eos locum adducendo (licet breuissimo, & quasi imperceptibili) vno tamen animarum cum corporibus quæ erit ipsa resurrectio, fiet in instanti, quod cunctos Dominus resuscitabit; omnisque eo puncto temporis fiet, quo insonuerit buccina: quæ à D. Paulo vocatur, Nouissima tuba, vt postmodum dicemus. Secundum: In actu oculi. Voluerunt quidam (inquit D. August.) intelligere, hæc metaphora Apostolum dilucidare id quod dixerat: In momento, quod fiet resurrectio in momento tam breui, sicut exponimus, dum dicimus In actu oculi. Ita declarat D. Chrysost. In actu oculi, id est, quanto tempore claudisur cilium. Hanc expositionem sequitur D. August. ubi respondet quibusdam questionibus sibi à Presbytero nomine Deo gratias propositis. Expedit vero, quod Apostolus voluerit hæc phrasim explicare Dei omnipotentiam in duobus. Primum: in facilitate, quæ præcellum illud opus efficiet, quæ maior erit illâ, quâ tu aut claudis aut apertis oculos, & sequitur lectionem eorum qui legunt: In actu oculi. Ictus oculi est nictare (vt aiunt) oculis, quod declarat summam facilitatem, quâ Domino obeditur, ad vnum ictum leuamentum oculi. Secundum: in eo quod ea facilitate;

M m tate;

In bñe locum lect. 3. III. Resurrectio fiet in actu oculi. Ho. 42. In 1. ad Cor. Ep. 49. 21.



UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN



tate; quã recens defunctum resuscitabit: resuscitabit & à sex mille annis emortuum, sicut tu aperiendo oculos, ita vides ea, quæ tibi sunt proxima, ac ea quæ longè distant velut cælum.

**D.** *Ep. 49. q. 1. To. 2.* *AvG.* *In cap. 15. prima ad Cor. lect. 8.*

*Ep. 89. 8.* *40*

» *ut enim radius oculi nostri non citius pervenit ad propinquiora, quam ad longinquiora, sed utraque intervalla, parili celeritate contingit, ita cum in ictu oculi. Sicut Apostolus dicit. Et resurrectio mortuorum omnipotentia Dei, & ineffabili nutui sam facile est quaque recencia, quam diuturno tempore dilapsa cadauera suscitare.*

» Subtilis sane declaratio, quam secutus est D. Thom. addit tamen, quod licet illud esse multum iudicet, aliquid tamen maius velle indicare Apostolum, scilicet, id quod supremi iudicis præcurreret sententiam, nimirum, omnibus omnium revelare corda, cogitationes & opera, ita ut in ictu oculi quisque conspiciet omnium cordis intima, recessus, secreta, quidquid singulari egerint, cogitaverint, locuti, aut inquam fuerint imaginati; tam ille qui proximus est, quam qui longinquus: tam eorum qui contemporanei fuerunt, quibuscumque vixit: quam qui cum millennis annis præcesserunt, vel quos postmodum numquam vidit: & hoc significat illud, *in ictu oculi*: Quia, sicut tu aperiens oculos ante claudos, lucente sole, in ictu oculi cernis & quæ vicina, & quæ distantia, passerem circumvolantem & nubes altissimas, vsque ad ipsum cælum, & dum manum illam meis ego applico oculis, quã facilitate eam video, video & vos, & tabulam illam quæ est superius. Sic in die illa tremenda, continget. *Quid est ictus oculi? Non quo palpebris claudimus oculum, vel aperimus, sed ictum dicit oculi emissionem radiorum ad aliquid extendendum, mox enim ut contigerit aspectum, emissus radius in cælum pervenit, ubi solem, & lunam, & stellas, & sidera contuemur, tam immenso intervallo à terra separata. Optime dicere potuit Apostolus: Ecce mysterium. Omnia detegit, manifestabit omnia. Quadam vi divina, ait D. Bernard. ut cuique sua opera, bona vel mala in memoria revocentur, & mentis intuitu, mirã celeritate cernantur, ut accuset, vel excuset conscientiam scientia, atque ita simul & singulis & omnes intuentur. Hoc ipsum est quod ita ponderavit David *posuisti iniquitates nostras in conspectu tuo, faculum nostrum in illuminatione vultus tui.**

» Metaphoram sumit ab hemispherio nostro quod cunctorum oculis est ita patentissimum & illa omnia quæ in eo sunt, eo momento, quo sol ad nos reascendit, oritur, & lucis suæ radios circumquaque diffundit. Qualis est hic

mundus noctis immerfus tenebris? *Posuisti in ictu nebras, & facta est nox.* Ait Divus Chryso-  
 mus nec vides quid sit lapis, nec aurum, nec vitrum, nec crystallus. Ita cecinit Poeta Virgil.  
 - - - *Es rebus nox abstulit atra colorem.*  
 Potro *Ortus est sol*; quàm lucidè omnia illustrantur, deteguntur, & prout sunt, agnoscuntur? Id dixit Christianus Poeta D. Prudentius, & cantat ex eo Ecclesia.  
*Caligo terræ scinditur  
 Percussa solis spiculis  
 Rebusque iam color redit  
 Vultu nitentis syderis.*  
 Eadem idem declarat metaphora Propheta Malachias, prædicans fore Christi aduentum instar Orientis solis mundo gratissimi. *Ecce dies venis succensa, quasi caminus &c. Et orietur vobis in timentibus nomen meum sol iustitiae. Operabitur Dominus (inquit D. Hieron.) in conscientiis & D. Hieron. hominum cordibus, quando veniet iudicaturus, id quod sol in rebus corporalibus, quando plenitudo mane exoritur, & lucis dispergit radios: tunc enim, illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium: ut ait D. Paulus. Divina verba, quorum prima exponuntur à poetremis (inquit D. Augustin.) quid est *abscondita tenebrarum? Secreta cordium: non sunt enim, nec intelligi possunt tenebræ obscuriores, nec magis abscondita, in tantum, ut nec ipsi supremi Seraphini, eas clare valeant intueri. Quas dixerit tenebras, consequentibus verbis ostendit, illuminabit, inquit, abscondita tenebrarum. Quid est hoc? Audi quod sequitur, & manifestabit cogitationes cordium. Hoc est illuminare abscondita tenebrarum, manifestas facere cogitationes cordis. Quin & indubius credo, quod illa sit cæca lux, quã prædixit Zacharias mundum finitum.**

» Iam t. hic Propheta prophetiam suam vicino mundi fine, extremo iudicio, malorum supplicio, & bonorum præmio. *Et venit Dominus D. us meus, omnesque sancti cum eo.* Digni exemplat (a) D. Hieronym. & ait: quod etiam dixit D. Cyrill. *Manifeste de secundis Saluatoris iudicatur adveniens.* Et quid tunc eveniet? *Et D. Hieron. erit in die illa, non erit lux, sed frigus & gelu.* D. Hieron. His metaphoris illius diei tertorem explicat peccatoribus imminentem. *Non erit lux*, id est, non erit consolatio, non erit gaudium, sed tanta contractio & stridor talis dentium, sicut domus frigus adeo riget intensum, ut omnia gelu contrahantur. Et quis ille erit dies? *Et eris dies*

ona, qua nota est Domino, non dies, neque nox, & in tempore vesperti erit lux. Quam aptè declarat diem iudicij? Erit dies vna, qua nota est Domino. *Mat. 13. no;* de quo ita Christus: De die illo vel hora nemo scit, neque Angeli caelorum. Cælorum in plurali, vt significet nullum eorum id scire: insuper addit: Neque filius hominis. De se loquitur (ait *1. p. 16.* D. August.) vt Ecclesia præceptore, eo quod ratione illius tantum dicitur id scire, quod eam docturus venit: & hoc solum erat: quod nos scire conueniebat: Ego Dominus Deus tuus, docens te multa. Huius diei scientia, nobis non erat utilis (ait D. Ambros.) Scire non proderat, sed de se proderat ignorare.

de ad. Hic respondet D. August. rationibus D. Ily. Genian. chij Episcopi, Domine, si inter alia, quæ commendasti, ac prædicari iussisti per Apostolos D. Avg. tuos, fuit iudicij dies. Cur ipsis non dixisti, quando futurus esset: quum ipsis de eo scientibus respondisti: Non est vestrum nisse tempora &c. Ratio est: quia Noluit Dominus prædicari, quod videtur non vultius sciri. Deo non feliciter successit (nostro loquendi modo) nec quibusdam hominibus profuit, præsciri diem diluuij generalis, cuius nimis eos deterrere intendeat: dicens, quod nec illud immitteret, & post centum & viginti annos aquæ terram vniuersam inundarent. Ita intelligunt D. Chrysostom. a & D. Hieronym. b verba hæc quæ Dominus ipse Noë præscripsit, in thema concionis habenda ad proclamandam diuinam iustitiam, quæ toti mundo communiabatur. Erunt dies homines, centum viginti annorum. q. d. Noë: Dico illis, me illis concedere centum viginti annos ad agendam penitentiam. Hoc tanto tempore sic securi, credentes singulis diebus, quod adhuc multum illis ex præstituto tempore superesset, ita liberè in omnia scelera prolapsi sunt, adeoque eorum increuit malitia, vt quasi Deum coegerint, illis viginti annos, ex præstignato & concesso tempore rescindere, illosque rapere, tam perniciosâ sordidiâ desides, vt nemine tale quid vnquam cogitante deciderit super eos diluuium, quo miserè cuncti in æternum perierunt.

41. Manifestum est (ait D. Ambros.) quod si momentum, vel horam iudicij nosceremus, lusus esset remissior, & peccator securior. In sceleribus tuis pertinacior, multum sibi temporis persuadens superesse. Has rationes scripsit D. Gregor. cuidam Domine Gregoria pedistiquæ Imperatricis. Perpende, dulcissima filia: quia mater negligentia solet esse securitas. Habere ergo in hac

vita non debes securitatem, per quam negligens reddaris: scriptum est enim: Beatus vir, qui semper est pauidus. Et rursus scriptum est. Seruite Domino in timore, & exultate ei cum trebore. Nunc cum ita sepe præmoneamur vt vigilemus, quia: Nescitis diem neque horam, ita vt nec diem vnum, nec horam vnam, nec momentum vel vnicum habeamus securum, ignaui viuimus, temerarij & præcipites in scelera quauis prolabimur, illa quærimus, illis detinemur, die vno, mense vno, anno vno, annis, confidentes, nobis adhuc superesse penitentia tempus: quid futurum, si certi securique sciremus, quid nobis adhuc restet impendendum? Ob hoc, sibi Deus huius diei notitiam suo in corde reseruauit, & nobis abscondit, in tantum, vt (sicut notat D. August.) licet Apostolis pectoris sui aperuerit secreta, quibus ait: Vos autem dico: nota feci vobis. Illos tamen reprehenderit, & cum ipsis, omnes qui tempus huius diei discere præsumunt; quocirca hoc illis responsum dedit. Non est vestrum nisse tempora, vel momenta, quæ Pater posuit in sua potestate. Hoc absconditum est, hoc suo reclusit pectore incognitum, hoc sibi soli reseruauit: de quo per Prophetam Isai. sic ait: Dies ultionis, in corde meo.

Disputat Diuus Augustinus contra quosdam sciolos, qui huius diei tempus præsumerent designare, & hoc verbo concludit: quod præterquam quod constet nullam creaturam hunc præscire iudicij diem, quod nobis maxime conducit illud esse vt sibi persuadeat vnusquisque, eundem esse iudicij & mortis sua diem. Ita vt bene dixerit Zacharias: Erit dies vna, qua nota est Domino. Præterea de die illo addit: Non erit dies, neque nox. Quid dicis, non fore diem; si iam nunc dicas: Et erit dies vna? Et insuper ad hoc, quasi dicat. Dixi, quod dies erit. Expono me: quia proprie non erit dies, neque nox: erit enim tam breue tempus, vt dies, aut nox dici non mereatur. Vel vult dicere: Dixi, quod erit dies vna: sic explicio: non erit omnibus dies, nec erit omnibus nox: bonis dies erit lætitiæ, malis vero nox horrois. Verumtamen, hoc erit omnibus commune occumbet dies hæc clarissima luce: Et in tempore vesperti, erit lux. Lux ineffabilis miraculosa, clara, cæteris omnibus, quas Deus creauit, splendidius prælucebit; quæ deteget, illuminabit, clarificabit illud ipsum, quod lux solis; addo, & naturæ Angelorum erat tenebrosum, nimirum intima cordis omnium secreta mortalium, quæ eius radiis

M m 2 maui

Mat. 25. 13.

Ep. 90. cit. Ioan. 1. 7.

Act. 1. 7.

Isa. 63. 4.

V. Non erit dies neque nox.



UNIVERSITÄTS- BIBLIOTHEK PADERBORN

manifestabuntur vique ad mentium cogitationes, sicut ad solis radios, minutissimi atomi, quos invisibiles dixeris, reuelantur.

Hoc credo fuisse id quod Deus. D. Ioanni signavit. Vidit hic thronum precessum, & quod eo maius erat, ille est qui hoc in throno residet. *Es in conspectu sedis mare vitreum simile crystallo.* Maris nomen optime declarat cordis humani profunditatem: Quis penetrare potuit maris sinus, cavernas, abyssos, angulos, antra? Cui botis est tam longa, qua maris exploret altitudinem? Numquid ingressus es profunda maris, & in nouissimis abyssi deambulasti? Querit a Iob Dominus, ut rem humanis viribus superiorem. Quas non bestias concludit haec abyssus Oceani, magnas, medias, paruas, mille inter eas confusionibus intercurrentibus? Hoc mare magnum, & latiosum manibus, illic reptilia, quorum non est numerus, animalia pusilla cum magnis. Et cum talia sint, tot, & tam magna haec animalia, cooperit omnia illa Pelagus; quod si interdum hic piscis quidam appareat, alibi se mari exeret alius, omnes simul capi posse, impossibile, eo quod tam profundè demergatur, ut ipsi lycibus dispersant.

Ecce quam graphicè hic cor hominis depingatur: quid in se concludit: quae vicia quae desideria? quae cogitationes? quae techilas? quae machinationes? quae ventorum turbines? quae intentiones? quos discursus? quae insidias quibus vnus alterum enerrat? Si ea velis comprehendere, respondebit tibi Deus, hoc vires tuas excedit; ipse solus est, qui hinc posse aut ait per vatem. *Erantium est cor omnium & inseruabile quis cognoscer illud?* Ego Dominus scrutans cor, & probans renes, qui do vnicuique &c. Hoc totum mare stabit coram eo: *Congregabuntur quae enim omnes gentes.* Sed ad iustar crystalli, *Simile crystallo.* Si die splendida radiis solatibus opponas vas crystallinum, quale apparebit? quam pellucidè cernes quidquid in eo lateat? Tale erit & cor tuum. Hoc praclaris verbis dixit Apostolus: *Illuminabis abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium.* Bone Deus: qui discursus, quae hoc in corde non praeteruolant consilia? quae vanitates? quae ambitiones? quae desideria? quae iudicia? quae cogitationes? quae inhonellae imaginationes? quae representationes iam turpes. Totum hoc luce ipatentius, omnium manifestabitur viciuntium oculis. Opinor Apostolum tangere terribiles illas minas quibus olim Deus metum grauissimum

incussit Idumaeis descendentibus ex Esau; per Hierem. *Ego discooperui Esau, reuelavi abscondita eius, & celari non poterit.* Erat Esau infamis, traditor, versipellis, qui pectore suo proditorum contra fratrem suum Iacob molebatur indignas quas ille a nemine sciri posse autumabat. Vae tibi (inquit Deus) scito, quod veniet hora, qua in publicum proferam, quidquid fraudulenter molitus es, cogitasti, concepisti, & in abscondito peregisti. O bone Deus, & quis, licet D. Francisci fulgeat meritis, non reformidet, si modo Deus in oculis omnium adlantium, reuelaret quidquid cogitauerit, imaginatus fuerit in cordis sui meditatio? Quomodo & D. Augullin de hoc conquerebatur. *Ecce eo. D. Aue, ram tot millibus populorum nudabuntur omnes L. nudi, iniquitates meae. & agminibus Angelorum patebunt vniuersa seclora mea. non solum actuum, sed etiam cogitationum, simulque locutionum.* Hoc quoque petere vidit Diuum Bernardum. *Va misere, D. Beatoro, cum venerit dies illa iudicij & aperit fuerit L. media libri, in quibus omnes mei vicius, & cogitationes. Domino praesente reuelabuntur. Tunc demisso capite pra confusionem mala conscientia in iudicio coram Domino stabo.* Vbi refert verticulos illos saepius repetitos.

*Iudicium faciet gestorum quibusque suorum. Cuncti autem cunctorum cunctis arcana patebunt.* (Et addit) *Quod enim nunc confiteri et ubi peccata tuae omnibus manifestabitur.*

Terribile est videre praclarum Sanctum Ambrosium trementem, attonitum haec considerantem dum Psalmum primum elucidar, & haec prophetae verba expendit: *Non resurgenti impij in iudicio.* Attendè considerat, quae diximus, & postquam enucleauit visionem illam Danielis, qua huius tremendi actus iudicialis quoddam vixit prototypon ait: *Iudicium ferat, & libri aperti sunt.* Quod ipse de conscientis & hominum cordibus interpretatur, quod scilicet, omnia aperiantur, detegantur, & omnibus manifestabuntur, ut etiam leuissima & minutissima quaeque videantur cogitationes. Genustexus, iunctis manibus, oculis diffluentibus pra lachrymis, & in caelum sublatis, totus contremiscens, ait: *Non intres in iudicium cum seruo tuo Domine.* Quod si ab eo querat: de quo, Patet sancto formidas: qui cor coram Deo meritis praefolges, pietatis operibus, & heroicis actibus insignis? Si de peccatis anxius, ea vides leuissima, & licet essent grauiora, an non Deus misericors, qui pro nihilo saluos facit peccatores humiliatos? Tu dicis, inquit D. Ambrosius Verum

Apo. 4.6.

Iob 38. 16.

Psal. 103. 25.

Eccl. 42.

Hier. 17. 9.

1. Cor. 4.5.

43  
11  
12  
13  
14  
15  
16  
17  
18  
19  
20  
21  
22  
23  
24  
25  
26  
27  
28  
29  
30  
31  
32  
33  
34  
35  
36  
37  
38  
39  
40  
41  
42  
43  
44  
45  
46  
47  
48  
49  
50  
51  
52  
53  
54  
55  
56  
57  
58  
59  
60  
61  
62  
63  
64  
65  
66  
67  
68  
69  
70  
71  
72  
73  
74  
75  
76  
77  
78  
79  
80  
81  
82  
83  
84  
85  
86  
87  
88  
89  
90  
91  
92  
93  
94  
95  
96  
97  
98  
99  
100

Verumtamen, quis non præ confusione contabescat, me modo considerans Episcopum, Prædicatorem, præceptorem vestrum, quem ut san-  
 cum reuerentini, & ego ipse visurus sum, quod coram oculis meis, vestrisque manifestabit Deus  
 omnes meos defectus, errores, infirmitates, quæ cum ego mecum separatus in angulo perpendo  
 pulvere confundor; quid de aliis criminibus, quæ nec aduero negligens, nec à quibus mihi caueo  
 desidiolus? *Ponit: quia misericors Dominus, sed quanta prodentur, qua latere credebam. Qui pudor, qua confusio erit, cum ipse, qui profitebar, alios docere, in eo deprehendar, in quo alios arguebam?*

Quid amplius? hoc ipsum Apostolum, vas electionis, adeo terrebat, ut continuè sollicitudine, & anxietate diligenter contenderet, nihil agere, quod Diuini oculis non sciret esse gratissimum. *Contendimus sine praesentibus, sine absentibus placere illi. Quid, quæso te, ita sollicitum, anxiumque conturbat? Omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi, ut referat unusquisque propria corporis, pro ut gessit. Arbitratur Diuus Cyrillus Alexand. Apostolum tangere sacrificium Zelotypiæ à Deo in veteri lege institutum. Accidebat, ut de muliere, quæ omnium opinione habebatur, & pia & honestatis omnis exemplar, vellet maritus instituire quæstionem, num reuera talis esset: ad hoc addocitur ad tabernaculum, præscriptus datur ei potus, caput ei aperitur, quod si foret adulterij tea, statim in omnium conspectu peccatum eius in facie prodebat, sic ut omnes illud & viderent, & cognoscerent. Bone Deus, quæ non confusio mulieri, quæ sub titulo & pallio secreti, vixerat adultera, quando in publicam notitiam prodibat: eius peccatum, ipsa verò capite ac facie discooperita omnium oculis patebat irrideuda? quas non anxietates pateretur, cogitans se tam pudendo spectaculo, & puerorum illusioni exponendam? Hoc Apostolum tanto metu constringebat, hec enim eius anima Deo esset ita fidelis, ut ei dicere liceret: se numquam fidem suo sponso euisse, fidem seruauit, proinde ei is sperare præmium: Ideo reposita est mihi corona iustitiæ. Attamen hoc eum ad huiusmodi conseruationem sollicitum impellebat, nimirum timor ille, quod premebatur, & perpetua consideratio, quod omnia quæ esset, in torrens mundi conuentu forent manifestanda: Omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi.*

Perpende (inquit Theodoret.) verbum hoc, *Manifestari*: Non dixit, *Sisti*, vel *praesentari*, sed, *manifestari*: quia non tantum praesentabimur, & coram illo comparebimus, verum & manifestabimur, & detegemur in omnibus, & per omnia, sine fuce, sine velo, quasi facti essemus crystallus, quæ luce solis illustratur. Nunc quot Ecclesiastici incedunt superpellicis amicti mundissimis, in signum puritatis, quæ debet eorum anima præfulgere, qui tunc manifestabuntur &c.? Quot Religiosi induti habitu, qui mortificationem præferat, quæ vere obstringuntur, qui tunc &c.? Quot viduæ suis velis reuerendis ornatae &c.? Quot videmus, quales vates Regius depingit: *Circumornata, ut similitudo templi*? Quam excellentis venustaque apparet illa tabula, tali imagine decorata, ut hominum oculis sancta, & honore digna censeatur. O si eam intelligeres, ac detegeres, quot reperias araneas, salamandras, & vilia reptilia? Aptissima hoc metaphora Deus declarauit, de hoc agens die, dum ait per Psaltem Regium: *Cum accipero tempus, ego iustitias iudicabo. Liquefacta est terra, & omnes, qui habitant in ea.* Sumitur metaphora ex eo quod singulis diebus præ manibus habemus. *VIII. Decidit nix in terram ad altitudinem palmy, tota apparet nitidissima, pulchra, munda, & ipsum sordidissimum ac foetidissimum serquelinum, videtur limpidissimum: nec vlla apparet differentia inter spinas, tribulos, rubos. Oritur mane sol lucidus, radios dispergit, quibus omnem illam terram liquefacit laruam, & discooperit omnia omnium oculis sic ut quilibet, quod sit, agnoscat. O mundum infelicem! quam multâ contereris nix, & quidquid est in te? Quam nix coniecta apparet vidua, suis nitidis tunicellis: quam mundus clericus suis superpellicis quæ nix candorem, exaugent. Quam candidus suo habitu religiosus? Orietur sol iustitiæ, nixem hanc liquefaciet & tota discooperietur terra, & quotquot in ea viuunt: *Liquefacta est terra, & omnes qui habitant in ea.* Omnes omnium patebunt oculis, & tales quales sunt, agnoscentur.*

Psal. 143. 12.

Ps. 74. 5.

VIII. Similitudo.

Ps. 11. 1.

Ps. 11. 1.



§. 12. Omnes gentes. Denudabit divina sua luce Dominus etiam abstrusissima, & minimas cordium cogitationes, in maximam malorum, nec non demoniorum penam.

Conueniens est hoc (inquit Diuus Paulus.) Manifestari oportet. Ad quid? Vt Dei pateat iustitia, & mundi gubernatio, & omnibus debita merces reperiatur, nec vllam sit opus bonum etiam minimum suo priuatum premio, nec vlla etiam minima mala cogitatio sit, quæ non puniatur. Ponam (ait Dominus per Isai.) in pondere iudicium, & iustitiam in mensura. Omnia sunt ponderanda, mensuranda omnia, non solum opera, sed & verba, nec tantum verba, sed & cogitationes. Quis non miretur, id quod Dominus præcepit Ezechielii, quo indicare voluit, quam stultè iudicet, quam subtilem (vt dicitur) cæxat telam (a) Hoc volo (inquit Deus) vt illis exponas, qua ratione quemlibet huius populi sim puniturus. Sume tibi nouaculam acutam, illa derade tibi cun-ctos capitis capillos, vt ne vnus vel medius super sit: dein iustam pone stateram in manu tua, & eos diligenter appende. Illos tripartitè diuide ita æqualiter, vt ne capillus, vel medius plus sit in vna quam in altera parte: horum vnam partem combures in medio ciuitatis: alteram gladio dissecabis: tertiam in ventum disperges, & nudato gladio illam insequeris. His clarè proposuit modum hunc populum calligandi, neminem iniusto cæcoque verberè percutiens, (b) sed summâ iustitiâ & apertis oculis: alij enim ab ipsis Chaldæis igne consumentur, alij gladiis trucidabuntur, alij summa vi capiti abripiantur, quibus ad singulos passus mortem minabuntur acerbissimam. Vt iudicet, quàm iustum futurum sit illud iudicium, præcipit, vt stateram capiat adeo iustam, quæ capillos appendat. Deus immortalis! & quæ statera tam iusta, quam in alteram partem desecrat capillus? Stateras inuenio rebus pretiosis appendendis, quia parum ex illis, valet pluris. Statera argenti, auri, gemmarum, & anbaris: quis vero vidit vquam bilancem capillorum, eamque tam æquam vt capilli medium eam in alteram partem inclinet? Hic videbis, quale sit futurum iudicium. Ponam in pondere iudicium. Domine, quæ (amabo te) erit ista statera? cum dicat de vobis propheta Isaias, quod in statera libras montes &

id est res magnas, quas impossibile est ab hominibus in statera librari. Librauit in pondere montes Isai. 40. ter, & colles in statera. Appendisti in statera 12. Baithazar Regem, cui dicitur à Daniele: Ap. Dan. 5. 27. pensus es in statera, & inuentus es minus habens. Sed vnum capillum, quod libras in pondere adulterium, furtum, homicidium &c. concedo; sed quod appendas vel minimam cogitationem? Appendo. Illic cuncta ponderabuntur, etiam cordis tui inuisibiles atomi. Ibi videbis tuorum peccatorum pondus, & nullum esse tam leue, quod non habeat suum pondus tam graue, cui sobuertendo totius naturæ creatæ vires non sufficant; Estimas quod parui ponderet peritium vnum, vnum peruersum desiderium, breuis animi rancor, volatilis affectus, inanis cogitatio? Ibi hoc videbunt omnes homines, etiam Angeli. Ibi pariter opera tua bona appendentur: Cum accipero tempus ego iustitias iudicabo, ait Sanctus rex David Ponderabitur illa ieiunij tui spica, & confessiones & communiones, & elemosynæ, & expendetur, quo pietatis spiritu, quo charitatis pondere, fxit autem Deus, ne illud nobis Ozeæ obicitatur. Culmus stans non est in eo, germen non faciet farina. Hinc oriatur lætissima bonorum consolatio, & malorum horribilis confusio. Quam lætes sancti exultabunt, eo quod Dominus in iudicij foro propalabit eorum secreta ieiunia, vigiliis, disciplinis, & quidquid clauso ostio boni fecerint in abscondito: eorum elemosynas, tantâ cautela elargitas, vt quid fecerit dextera, sinistra nescierit. Ibi (inquit Origen.) adimplebitur Davidis vaticinium: Educet quasi lumen iustitiam tuam, & iudicium tuum, tanquam meridiem. Veram iustitiam (ait) quam in ægypto in occulto, & reuelasti eam soli Deo, hanc ostendet Deus sicut lumen &c. Illic educet illas tam stupendas Anachoritarum penitentiâs, soli cælo cognitâs, illic martyrum inuictam patientiam, quos tyranni irriserunt, excruciarunt, occiderunt, illic producet lachrimas in spelunca effusas peccatrici Magdalene, &c. Licet vobis, ô iusti, negligere vestra bona opera, quæ enim vos tradideritis obliuioni, vobis Dominus illa producet ad maiorem vestrum honorem & premium, toto circumstante mundo: proinde concinne dixit Apostolus: Scis cui credidi, & certius sum: quia potens est depositum meum seruare in illum dices iustus iudex. In hoc ipso Evangelio ait Christus, se iustus narraturum bona opera, quæ in sui obsequium præstitissent. Esuristi & dediisti mihi manducare, sitiisti & dediisti mihi

Isa. 18. 17

(a) Quam delgado bita.

(b) Non dando palo deciego.

I. Deus in Ritus in dieabo.

Ps 74. 3

Ozeæ 13.

45 Et

Psalm. 36.

6.

Origen.

Ps 74. 3

Psalm. 36.

6.

Origen.

Ps 74. 3

ad Tim.

1. 12.

4.

*tibi potum &c. quasi illorum omnium fuerint oblii, vnde illos introducit interrogantes: Dominus, quando te vidimus? &c.*

Mitantur omnes anxiam illam gentiliū diligenciam, quā varia inquirebant media, quibus facinora sua præclatiora perpetua conferberent æternitati: de quibus Petrus Bellonius hæc tractans, sic ait: ea pergamenis durioribus inscribebant, vel laminis plumbeis, quæ cum ossibus suis mandabant sepeliri, ut quotiescumque illa eruerentur, & illa pariter detegerentur. Ne de talibus, ô Christiane, medijs sis sollicitus: confide, quidquid boni egeris, velut ipsa lux, in publicum profectetur. *Educat quasi lumen iustitiam tuam.* Eodem modo, hoc vel maxime malos cruciabit, debere coram omnibus adstare, & eorum ferretissima scelera, luxurias commissas solis testibus patietibus, & lascivias cogitationes nemini manifestas; in totius mundi ecclesia manifestari: Hoc ipsum est, quo semper voluit illos Deus

1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.

territare, Per ista dicit eis. *Revelabitur ignominia tua, & videbitur opprobrium tuum.* Horrèdas semper iudicavi has minas ex ore Hieremie. *In illo tempore, ait Dominus, eijcient ossa Regum Iuda, & ossa Principum eius, & ossa Sacerdotum, & ossa prophetarum, & ossa eorum, qui habitaverunt Iherusalem, de sepulchris suis, & expandent ea ad solem & lunam &c. non colligentur, & non sepelientur, in sterquilinum super faciem terra erunt.* Phrasis est vulgaris, quâ dicimus, ossa effodere, ut explicemus, præteritos defectus absconditos revelari. O quot sepulchra dealbata, à foris pulcherrima; ab intus vero pulvere & vermibus secatent: omnia hæc expandentur: ad solem & lunam, & in æternum, omnium oculis exponentur: conspicienda; & hoc inter alia horrenda, non minimum, quod tibi tua semper, alijque manifesta erunt peccata, semper videbis, semper alij videbunt crimina tua, & quam obnubilarem Dei tui eiusque regni feceris iacturam. Audi de hoc loquentem Angelum: *Evigilabunt alij in opprobrium, ut videant semper.* Quid est illud, quod videant semper peccata tua, quæ toti mundo patebunt. *Videant semper.* O quis terror! *si nostrum enim quantum* (inquit D. Chryl.) *occultum crimen aliquod, hac ipsa die in medium delatum, huic modo confessi innotesceret, nonne fieret, ut ille interire, ac terram sibi potius dehisceret, quam tam multos suos peccati testes habere mallet?* Quam præciter anxietas; quam premens, quando prolapsus in aliquod fordam peccatum, illud tibi manet confitendum, cum tamen sit illud tam secretum ac sigillatum iudicium,

ut vnicuius homo interueniat, & is non in propria persona, sed Dei loco segregato, voce tam leni & taciturna ut te audiat nemo. Sic & ut illius peccati confessio in sempiternam eiusdem serviat sepulturam, est autem Confessarius sicut Christus cum Samaritana, cuius confessionem ad os putei excipiebat solus: q. d. Reputa, tibi persuade, tua hunc in puteum demergi peccata, quæ fueris confessus: nihilominus mutas faciei colorem, supercilia contrahis, salivæ spu- taque emittis, & postquam ea fuisti confessus, velles non amplius tota vita tua videre Confessarium, nec ipse te videret, insuper & aliquoties talem quæris, quem nec tu cognoscis, nec ille te: qui cruciatus, quæ erunt angustia, quæ confusio in die illa tremenda, quando eueniet, quod

Deus prædixit per prophetam Nahum. *Eccò ego c. 3. 5. ad te dicit Dominus exercituum, & revelabo pudentiam tuam in facie tua, & ostendam gentibus nuditatem tuam, & regnis ignominiam tuam, & horror in projectionem super te abominatorem.* Sumitur metaphoram de muliere, quam in foro coram toto populo demudarent, quæ se omnibus partibus peccata nudam conspiceret. Hoc enim est, in facie tua. Quam verecundareris tu ô Domina, si hoc tibi deberet contingere? Nudabo minatur Deus da. per Vatem Ezechielem. *Ignominiam tuam coram eis, & videbunt omnia turpitudinum tuarum.* O quæ confusio, quis horror, & is talis, (sicut superius diximus ex D. Basilio.) *Gravior, quam tenebra, & ignis æternus, hic pudore, ut nunquam non ob oculos habeant scelerata vita vestigia.*

Nahum. *Eccò ego c. 3. 5. ad te dicit Dominus exercituum, & revelabo pudentiam tuam in facie tua, & ostendam gentibus nuditatem tuam, & regnis ignominiam tuam, & horror in projectionem super te abominatorem.* Sumitur metaphoram de muliere, quam in foro coram toto populo demudarent, quæ se omnibus partibus peccata nudam conspiceret. Hoc enim est, in facie tua. Quam verecundareris tu ô Domina, si hoc tibi deberet contingere? Nudabo minatur Deus da. per Vatem Ezechielem. *Ignominiam tuam coram eis, & videbunt omnia turpitudinum tuarum.* O quæ confusio, quis horror, & is talis, (sicut superius diximus ex D. Basilio.) *Gravior, quam tenebra, & ignis æternus, hic pudore, ut nunquam non ob oculos habeant scelerata vita vestigia.*

Et hoc ipsum declarare voluit D. Basilius ad ea verba David. *Ven te filij, audite me timorem Domini docebo vos.* Sunt hæc eius doctissima verba: *Cum te appetitus peccandi inuasisset, velim cogites horribile illud, intolerabile Christi tribunal, in quo præstabit iudex in alto, & excelsis throno: adstabit autem omnis creatura, ad gloriosum illius, conspectum contremiscens.* Adducendi etiam nos sumus singulorum, quæ in vita gessimus, rationem reddaturi. *Mox illic, qui multa mala in vita perpetrarint, terribiles quidam & deformes assistent Angeli, igneos, vultus præferentes, atque ignem infernales, ea re propostii, & voluntatis acerbantem ostendentes, noctu umbra similes propter marorem & odium in humanum genus. Ad hæc cogites profundum tenebrarum, inexplcabiles tenebras, ignem carentem splendore, vrendi quidem vim habentem, sed privatum lumine Dei: vnum genus venenū immittens, ac carnē vorans inexplcabiter idens, neque*

Et hoc ipsum declarare voluit D. Basilius ad ea verba David. *Ven te filij, audite me timorem Domini docebo vos.* Sunt hæc eius doctissima verba: *Cum te appetitus peccandi inuasisset, velim cogites horribile illud, intolerabile Christi tribunal, in quo præstabit iudex in alto, & excelsis throno: adstabit autem omnis creatura, ad gloriosum illius, conspectum contremiscens.* Adducendi etiam nos sumus singulorum, quæ in vita gessimus, rationem reddaturi. *Mox illic, qui multa mala in vita perpetrarint, terribiles quidam & deformes assistent Angeli, igneos, vultus præferentes, atque ignem infernales, ea re propostii, & voluntatis acerbantem ostendentes, noctu umbra similes propter marorem & odium in humanum genus. Ad hæc cogites profundum tenebrarum, inexplcabiles tenebras, ignem carentem splendore, vrendi quidem vim habentem, sed privatum lumine Dei: vnum genus venenū immittens, ac carnē vorans inexplcabiter idens, neque*



corrosione ipsa infrens. Postremo quod suppliciorum omnium grauiissimum est, opprobrium illud, & confusio sempiterna. *Hic time, & hoc timore correptus, animam a peccatorum concupiscentia, tanquam franco quodam reprime. Hunc timorem se propheta docturum promisit, docere autem non simpliciter promisit, sed eos, qui cum audire voluerint.*

111. *Hoc de ipsis peccatoribus praxidit David. Duplex ignis. Ponet eos ut clibanum ignis in tempore irae tuae, & deuorabit eos ignis.* Conuenienter expendit D. Gregor. hęc verba semel & iterum aduertens, duos hic a propheta signati ignes, qui comburent peccatores; exterior vobis, qui corpus aduret, de quo dicit: *Deuorabit eos ignis*: horridus ignis, de quo inquit, loquitur amicus ille patientissimi Job, dum ait: *Deuorabit eum ignis, qui non succensitur.* Ignis qui non succenditur, iam enim ab ipso mundi primordio Deus illum succendit, quem creatis, in tormentum demoniorum, sicut nobis hodie exponit. *Ignis qui paratus est diabolo &c.* Internus vero alius, confusiois ignis, quod interius ira succenditur mali, vt sit actum anima, velut clibanus accensus: *Fones eos ut clibanum ignis.* Non ait, iniicies eos ignis clibano: *Sed ponet eos ut clibanum ignis,* sic vt intra se flammis contineat non tolerandę confusiois, & verecundię, quę de peccatis suis verecundabuntur, quę in suis ipsis animis conspiciunt; hoc eos grauiissime conturbabit: *Dominus in ira sua conturbabit eos;* q. d. *Pudescit eos, confundet eos,* suprema illos & horribili replebit verecundia.

Hinc iudico posse responderi illi dubio, quod quibusdam videtur difficile: Prędicat D. Petrus, prodicit in confirmationem testimonium loelis propheta de hoc iudicij die, sic vaticantis: *Veniet dies Domini magnus & horribilis.* Ipse vero citans hunc locum, sic ait: *Veniet dies Domini magnus & manifestus.* In Græco legitur verbum, quod significat: *Clarus, illustris.* Videtur D. Petrus derogare loelis vaticinio dum vocem: *Horribilis* mutat in *manifestus*: minus enim est: *Dies manifestus,* quàm, *dies horribilis.*

Optimę citat D. Petrus hunc locum, dum vult exponere, id quod propheta intendit per hoc verbum: *Dies horribilis,* nimirum, quod erit dies ille clarus, & manifestus: hinc enim erit maximus diei illius horror peccatori, quod videat se male factum eotam Christo Domino, totiusque mundi congregatione manifestum, cuius omnibus illustres sint iniquitates, & quasi in meritis solis radijs expositz. Est autem hoc adco-

verum vt, licet diabolus tam sit omnis pudoris expers, vt illi nequidem vllum super sit verecundię vestigium: hanc tamen prę ceteris penam maximę reformidet: quod toti mundo detegenda sit eius & malitia, & superbia, & ingratiitudo. Ita loquitur D. Petrus quod, peccatores 2. Angelos: *In tartarum tradidit, cruciandos in iudicium referuari:* id est referuari in ipso iudicij die cruciandos. Idem confirmat D. Iudas: *Angelos vero, qui non seruauerunt suum principatum, sed dereliquerunt suum domicilium, in iudicium magni diei vinculis æternis sub caligine referuauit.* An non eis Deus sententiam, iustumque supplicium dedit; eadem hora, quę pedauerunt: An non eos congruã suę superbię & ingratiitudinẽ plexit pœna, quã & semper cruciabantur: Cruciabuntur, fateor; sed hoc in iudicio actum est particulari: illis solis illic cum solis assistentibus; at tamen illos manet dies iudicij vniuersalis, quod toti mundo huius particularis iudicij pateat recitudo, & omnibus constet demonis prauertitas, superbia, & perfidum proditiõis celus: vt cuncti videant, quã recte ad hõidem tali peccato, tale conueniat supplicium. Ob quam causam, (notante Theodoro) diem *horribilium* appellat: *Dies reuelationis iustis iudicij Rom. Dei.* Quã horã quis moritur, illico iudicat illum Deus, at iudicio particulari: verum tamen iudicium illud est detegendum, vt appareat iudicij huius iustitia, ad hoc quoque manifestabitur omnium oculis, eorum scelerum magnitudo.

De hoc sibi cauet Diabolus, hanc timet confusioem, hoc reformidat opprobrium, quod coram cunctis gentibus eius reuelabitur nequitia: hinc eius anxietas, quã optaret numquam mundum finire, nec vnquam diem iudicij aduenturum. Si id diabolo tam formidabile, quid hoc vobis erit, qui nec estis diaboli, nec tam perfidie frontis seu contumaces nec tam ab omni pudore auersi? Addo, quod inter alia diuina illa lux, tibi peccati tui representabit, omnimodam fœditatem. O quis mihi explicet, quanta illa sit, & quã abominanda! Illic hoc agnosces: hoc enim significat: *Reuelabo pudenda tua in facie tua.* Et illud: *Statuam contra faciem tuam.* Accedit pręnuntius Hæas: *Confundentur ab idolis.* Nec non & illud quod formicarię prędixit: quę relicto legitimo suo sponso, inasuerat insecuta voluptates & iinera non recta: *Propterea Ooliba, hæc dicit Dominus Deus, Ecce ego suscitabo omnes amatores tuos contra te, de Extib. quibus satiata est anima tua, & congregabo eos aduersus tuos*

111. 2. 21

46  
281  
282  
283  
284  
285  
286  
287  
288  
289  
290  
291  
292  
293  
294  
295  
296  
297  
298  
299  
300

Luc. 19. Circumdabant te inimici tui vallo, & conculcabant te undique.

Quam incuriosus Cain perdidit illo tam horrendo fratricidio, quasi nihil patrasset mali: Apparet illi Deus, ea proponit, quæ ex textu nominamus: paulo post, ei factum suum detegit: Traditor fœditage, quid fecisti? Ecce vox sanguinis fratris tui, clamat ad me. His fraticidæ lucem infundit, qua manifestat illi peccatum peccatique gravitatem: Confestim desperat Cain, & perverse iudicat Dei misericordiam, licet infinitam, fraticidij sui gravitate superari; proinde ex æquo esse ut in eum totus insurgat mundus, nec quempiam videat, aut cernat creaturam ullam, quæ iustitiæ vindex, & carnifex non interficiat fraticidam. Unde hoc? Quia in eterna illa luce, oculis suis Deus tanti peccati qualitatem, proliuimque demonstravit. Examinat Origen, quis tam subito Ananiam & Saphiram occiderit, sic ut ad vnicum D. Petri verbum corruerint mortui, quod eis ostendit mendacem fraudem, quâ Deo imponere nitentur. Audiens Ananias hæc verba, cecidit & expiravit. Opinatur autem hoc sic contigisse, quod ex verbo D. Petri tam distinctè peccatum suum agnouerint, ut videntes eius fœditatem, hoc ipso corruerint. Sicut probabile est posse quempiam lubrius emori, qui cum Rege suo traclasset fraudulenter, ut ei illuderet, dum se coram Rege clarè & itrefragabiliter fraudis contumeliam considerat. Quid erit charissime, quando Deus cunctas tuas nequicias proferet ad lucem sic ut tu eorum videas enormitatem: quando te interrogabit. Quid fecisti? Numquid non plures fecisti, vitam degere inhonestam, quam aquæ poculum deglobere? An non familiaris tibi machinatio, insidia & periclitium? Tanto tu pudore perfunderis, ut omnem veniæ spem abijcias, dicique cum Caino, dignum & iustum est, ut contra me demones omnes, ignes, tormenta omnia tumultuentur. Torum hoc Deus descipit per manum scribæ Ezechielis his verbis, quorum vel singula ponderationem exigunt singularem: Nunc senis super te, & immisit suorum meum in te, & iudicabo te iuxta vias tuas, & ponam contra te omnes abominaciones tuas, & non parceri oculus meus super te, & non miserebor, sed vias tuas ponam super te, & abominaciones tuas in medio tui vivis.

§. 12. Omnes gentes. Et idem Sanctorum peccata revelabuntur: in eorum tamen gloriam ac triumphum.

Quæres, num illic denudanda sint sanctorum peccata, de quibus egerunt penitentiam, & obtinuerunt remissionem? Quia si hoc futurum sit, an non etiam erit illis dies illa, dies confusions? num D. Petri revelabitur trina negatio? Adulterium & proditorium Davidis homicidium? Vanitates Magdalene? D. Mathæi lucra iniusta? &c. Respondet ad hoc D. Gregor. dum hanc enodat difficultatem, & ait: Indubiè in totius mundi conventu eorum peccata revelabuntur, sed absit ut ad eorum confusionem, quinimo primum ad maiorem Dei gloriam; hæc equidem sancti, Davide præcænte, decantabunt: Misericordias Domini in æternum cantabo. Incontinentè verò, tota hominum audiente multitudine Dei possent extollete misericordiam, nisi ad oculum, eorum parent calamitates & peccata, quibus inficiebantur; proinde lætabuntur, quod eorum propalam peccata exhibeantur: ut totus telluret orbis & collaudet Dei misericordias, ac eorum singuli cum Davide choraliter concinunt: Misericordia tua magna est super me, & eruis animam meam ex inferno. Secundum: in eorum maiorem quoque honorem ac decorem: cuius sit illa ratio: quod non eorum peccata nudabuntur, quasi qui illa committant & ament, sed quasi qui illa destruant & exhorreant, per penitentiam, quam egerunt, & odium quo illa persequuntur. Nec apparebunt Sancti et deulci, & subiecti peccatis, sed ut criminum victores, demonisque triumphatores.

Superat bello Barbarus inimicus nobilem quendam, hunc detinet captivum, tam vili abiectione damnatum, ut alter filium prodigum, quem potè præfecit custodem. Res nobili maxime indecora, ignominiosa, porro, si attentò suo dedecore & corporis afflictione non toleranda, sumat animos, in ipsum insurgat, hostem subiciat, pedibus suis prosternat, proterat eius ceruicem, caput distindat, vitam auferat: hæc eius summa est gloria, eaque tantò maior, quantò fortior inimicus, qui cum ante devicerat & miseris oppresserat. Nec hoc illi vertitur dedecori, fuisse victum, illique subiectum, quin potius summo honori: eo quod in eum conflurgens, celebri illum trophæo

47

L. 4. Mor. c. 42.

Pf. 88.

Pf. 85. 13.

Hieron. Bapt. de Lanna, Tom 1.





prostravit, prostravit, interemit. Etiam inter parvulos, qui colluctantur, licet irideatur, qui prior succumbit, alterique cedit substratus: ac tamen nulla maior gloria, quam si vires resumat, alterum sibi subiciat, prostratumque detineat: tripudiat, exultat, quod de eo victor ab aliis commendetur, eorum quo ante arma proccerat, hanc suam sibi persuadet gloriam, hoc triumpho gloriatur. Perspecta erit omnibus, ad D. Petri honorem, eius formido, & si primum prostratus, & ad trinam compulsus negationem, postmodum tamen animosior contra illam insurrexit tanta charitatis inflatione, ut ei vitam abstulerit sicque de illis triumphum egerit, visus culpam abstergens lacrimis, & tepidas, timidamque negationes mille generosis, flammisque corrigens confessionibus: vnde his gloriosior, quam illa fuerat abiectionis. Videbimus Magdalenam lascivias, in magnam sui gloriam, quia animam suam, divinam oblectante gratia, sapone illiuit, & feruenti lacrimarum eluit lixivo; tam feliciter, ut ex infernali titione evaserit in Seraphinum.

48

I I. Similitudo.

Quinimo & apud nos, absit ut dolorem inferat meminisse laboris, doloris, infirmitatis, recuperata iam valetudine: summa siquidem delectatione & complacentia illa promulgamus. Obtentam iam victoriam, profligato inimico, trophæis erectis non erubescit Imperator, si pericula, cunctis pateant, si timores, si cordis anxietates, quibus in prealudio cetraminis trepidabat, sed nec hostium furor ardentissimus, quod ad modicum de eo triumpharent: è contra vero illa expendit narrat, evulgat, ut circumstantias victoriæ suæ gloriosas. Magnum interest discrimen inter serpentem vivum, venenosum, corrosorem, & alterum qui nec esse, nec vitam habeat, sed auro circumclusus, rubinis, diamantibus, hyacinthis chrysolitis &c. vermiculatus. Serpens vivus, horrorem incutit: illum appone peccatori, venenum infundet, viscera erodet: persuadee domicellæ, ut appendat illum pectorali: O Iesu, & quis terror? At serpens mortuus, qui nec vitam habeat, nisi in exteriori similitudine, & aureus est, pretiosis margaritis intertextus, quam dives est, quanta puellæ gloria? hic collo appenditur festiuis diebus, quando in publicum prodeundum, omnium oculis videndus exponitur. In peccatoribus, erunt serpentes, id est peccata, sed viventes morsu lethali, dentibus corrodentibus: eo quod in suo esse peccata in eorum vivunt cordibus & voluntate: quam adstant trepidum, quam confusi, quam dentibus

contemiscetes? *Pone eos ut clibanum ignis, in 17. 10. tempore vulsus sui.* Ut supra diximus Ardore consumuntur, ut clibanus accensus, præ nimia veretundia, confusione, tumultu, quibus eorum intus anima cruciabitur.

In sanctis vero, quia poenituerunt, iam per poenitentia: opera perdididerunt omne suum venenum, & vitam peccata: sunt autem vermiculata gemmis pretiosis, scilicet: contritione, ieiunijs, vigilijs, iam auro fulgent charitatis, iam dicitur Magdalenæ: *Remittuntur tibi peccata tua, peccati vita, vivificæ charitatis: quia dilexisti multum, iam aurea, vermiculata, pulcherrima resplendent.* Horrendum Israelitis erat spectaculum videre Ægyptios, à quibus tam durè lucrant, tot annis oppressi acerbiori vita, quam sit eorum qui ad triremes sedent. Solatur illos Deus per Moysen iam Ægypto egredientes. *Euge, popule meus, hanc non tolerabitis amplius scæcem detestandam. Ægyptios, quos nunc videtis, nequaquam ultra videbitis usque in ætrnum.* Obicit D. Augustinus an hoc verum, cum eodem postmodum viderint in mari? *Viderunt Ægyptios mortuos super litus maris, & manum magnam, quam exoneravit Dominus contra eos.* Respondet D. August. Hoc illis Deus dicere voluit: Abiectionem hanc plebeculam, quæ vos tam inhumanè excepit peregrinos, non videbitis amplius viventes & in eo statu, quò illam timeatis, & quod sit in vestram confusionem. Nequaquam: quinimo submersam aquis gaudetis, exultabitis, triumphos ducetis, ut Dei agnoscat vobis præstitum beneficium, eiusque omnipotentis brachij adoretis potentiam, qua tanto honore de hostium furore, infidelsque triumphastis. Hoc idem dicitur, de Sanctorum peccatis.

Luc. 7. 47.

Exo. 14. 13. 14. 31.

III. Lacrima peccata baptizant.

Subtilissimam vitur metaphoram D. Petr. Chrysologus tractans de poenitentia, & verè poenitentium afflictionibus, quæ declarat peccata iustorum toti notificata mundo, absit, ut illis infamiz deputentur, quinimo & supremæ gloriæ dabunt argumentum. *Lacrima peccata baptizant.* O talium aquarum virtus præclarissima: tales lacrimæ ad delenda peccata vim habent faciem baptismatis à Christo pro hominibus instruit. Nascitur homo carnalibus parentibus, carnalis ira filius, abominabilis, horribilis, diuinis oculis ingratus, Satanæ mancipium, exul cælo, quid remedi? Instruit Christus Sacramentum baptismi, tantam tribuit aquis virtutem, ut qui illis ablutus filius Adæ carnalis traditor, Dei oculis perisphema, Angelis exgrandus

erandus eum reddat spiritualem Dei filium per gratiam, conspectui Dei gratissimum, cunctis Angelorum sanctorumque hierarchiis amabilem. O qua usquam tanta potentia, tam divina, tam præcellens. Hoc ipsum igitur ait, D. Chrysológus modò suo operatur in peccatis lacrimarum penitentium. *Lacrima peccata baptizant.* Cum sint enim peccata adeo fetida, spurca, execranda, confusiois titulus, æternæ damnationis argumentum, iræ diuinæ irritatio, diabolo subiectionis occasio; abluta amaro vere poenitentia profusio, non propter illa, sed propter illam, ut illa baptizata, talem inducunt metamorphosin, ut iam sint pulcherrima, animam reddant Deo acceptam, omnibus Angelis, totique mundo dilectissimam: & ea, quæ titulus erant sufficiens horrois, confusiois, æternæque damnationis, modo sunt honoris, pulchritudinis, æternæque saluationis argumentum. Viden' quanti tibi referat vera poenitentia & pro peccatis tuis profusa lacrima: æternæ tibi parient triumphum gloriæ, laudisque celestissimam.

§. 13. Segregabit oues, &c. Mundus finem accipiet, omnes resurgent, diuidit illos Dominus: tristis erit hæc diuisio malis, bonis autem lætissima.

49  
L. de re-  
pna, lap.  
ca.  
L. 10. de  
Cens. c.  
L. 24. 3.

Superest tertium & vltimum ex D. Chrysolomo uimium sententia illa rigorosa, tremenda, plena formidinis quam supremus proferet iudex, de qua nulli licitum appellare, cuius executio sit irrefragabilis, perpetua, sempiterna. Si, quæ diximus, horrorem incutiunt, vel maximè hoc tertium nos timore constriget, & adhuc plura circa hoc se offerunt dicenda, si illa multa, quibus in prædiis hæsimus, nos non cogent, hæc breuiter, & cum c. transcurrere. Finem mundus accipiet igne illo consumente omnia, cæcos, elementaque putrescente, ita D. Augustinus sed præclarè Diuus Petrus. *Cæli ardentes soluentur, & elementa ignis ardore tabescent.* Notandum est hoc verbum, (*soluentur.*) Admirabilis planè visio, & ligatura, qua inter se cæli conuertuntur, inuicem mouent, collidunt, & omnes hi terram circumcurrunt, quibus miser hic mundus conseruatur, & quicquid in eo continetur, animalia, plantæ, petreæ, montes. Tunc vi consumentis huius ignis visio hæc dissoluetur, concentus, ordo, & si cui rupto tunc, qua horologit mola constringit-

tur, ex quo totum hoc artificium, ac concentus dependet, subito omnia hæc conuiescunt, ita huic infausito mundi continget horologio: dissoluta enim unione, & cælorum nexu, cuncta corruent acervatim, Illic deficient, eruenturque arbores, plantæ, montes, petreæ, turres fortes, ædificia, aurum, argentum, ornamenta, opera serica, plumaria, omnis pulchritudo: sicut castelli papiracj cometis ignariis instructè ornatus, quando illi ignis admouetur: quales Eheu, tunc erunt mundani ter infelices, illi, inquam, quibus ita Christus comminatur *Va vobis diuitibus: quia hic habetis consolationem vestram.*

Ostendit Deus dilecto suo discipulo D. Ioan- tremendum Babilonis (& omnis confusiois theatri) vltimum finem, qua ratione cælo indicante, descendit ignis eam consumpturus. Videbat in ea mercatores, & habitatores, qui ibidem quondam lætabantur: *Elentos, ac logentes, Apoc. 18. & dicentes: Va, va, ciuitas illa magna, qua am- Ba erat bysso, & purpura, & cocco, & deaurata erat auro, & lapide pretioso, & margaritis, quoniam una hora desinita sunt ton. a diuitis. Ita totus infelix mundus consumetur. O si hæc considerares, & si attenderes, quem finem hæc omnia sortientur, quæ modo tanquam deos adoras idololatra. Cum igitur hæc omnia dissoluenda sint (addit Diuus Petrus) quales oportet vos esse in sanctis conuersationibus, & pietatibus: &c. Attende, quanti illa sint facienda, quæ sic consumentur: congruum iudico, ut illis causam salutem, que tuam componas, per elemosynas, opera que pietatis. Sequetur postmodum resurrectio vniuersalis. Citabit enim Deus cunctos Adæ filios, dabit autem, siue per se, siue per Archangelum Michaelem, sonoram illam terribilemque vocem, quæ tubæ superet clangorem: *Surgis mortui, venite ad iudicium: Christi verbum implebitur: Omnis, qui in monumentis sunt, audient vocem filij Dei. Audient vocem illam diuinam, omnipotentem. Articulus ille resurrectionis vniuersalis, gentilibus non probabatur, quinimo ut impossibile commentum explodebatur: non enim perspectam habebant diuinæ vocis cuncti potentiam: Verumtamen nobis nihil creditu facilius, qui eius vires probè nouimus: quæ à D. Paulo vocantur: *Tuba Dei (&), Nouissima tuba, referens hoc, Nouissima tuba, ad primam quæstatim D. Pet. in mundi primordio audiebatur. Tuba (inquit Chrys. D. Petrus Chrysológus) qua in principio mundum creauit ex nihilo, ipsa in nouissimo mundo reuocabit ex perditio: & qua in prim. pio videt.***

Lue. 6. 24.

Apoc. 18. 16.  
Iom. 5. 28.



*hominem suscitavit ex nihilo, ipse in fine hominem resuscitabit ex pulvere. Vteur Dominus Angelorum ministerio; quos idem Apostolus dicit: Angelus virtutis eius, ad hoc, quod ipse Christus signavit, nimirum, ut tum temporis Angeli colligant omnium cineres, hoc est boni Angeli, bonorum, & demones peccatorum.*

**SO** Heu qualis tum anima peccatoris, quando coram se viderit corpus suum maledictum, scordum, horribile, grave, male olens, vermibus scarens, viventibus corrosum flammis. O corpus reprobum, tunc illud, quod ita dilexi, quod ut Deum colui? tunc, ob cuius gratiam pelagi pisces episcabantur, montes venationibus molestabantur, texebantur ferica, acu pingebantur plumaria, coquebantur fercula; molles sternebantur lecti, byssus candescebat? O faciem excreandam, diris deponendam, tunc illa, quam toties cerullo fucisque delinivi? O iure dissecanda manus, vosne illæ, ob quas pretiosissimi constabantur annuli? Conclamant omnes, iustum est traditor, cum tunc temporis meorum fueris particeps delictorum, sis & medio tormentorum. Ingentur igitur anime infelices invitate quidem, vnaquæque proprium sibi corpus; fetida erunt corpora foetore oppleta & vermibus, ardentibus corrosa ignibus, omnium infirmitatum morborumque collegium, inquam omnium, quos vnaquam vel infirmus est passus, vel medicus imaginatus: afflictabuntur podagra, calculo, auribus verminosis, ischiade obontalgia, spasmatice, ardentissimis febribus, & quotquot in hac vita defectibus laborarunt.

**II:** Quo ita tu corpora resurgent. *L. 22 de civ. Dei c. 19. Et in Enchirid. c. 87. a l. c. 15. ad Cor. 1. lect. 8. an finem c. 4. dist. 44. q. 3. a l. bD. AvO. Epist. 446. ad Consensium. Et ser. 121. de divers. cap. 20.*

Inquit D. Augustinus, quæ ætate eniglabunt, & num resurgent reparatis suppletisque defectibus, quos eorum aliqui hic pertulerunt? An cæcus, resurget clarè videns? An qui truncus manibus natus est, resurget illis dotatus? Quantum ad iustos, certum est, resurrecturos in ætate perfecta triginta annorum, absque ullis defectibus: supplebit enim illos Deus, quos hic habuerunt. At quid de damnandis? Disputat D. August. nunc in hanc, modo in alteram partem. Unde dicendum primò. Resurgent peccatorum corpora integra, omnibus suis partibus, sensibus potentijs constantia, licet hic fuerint, aut cæca, aut surda, aut muta, aut clauda. Ita respondet D. Thom. a. sic quoque D. August. b. variis locis: *Incognitis quidem (ait quodam loco) resurgent, integritate membrorum Resurgent (ait & alio loco) ad illam perfectionem integritatem; nam integra erunt corpora*

*impiorum. Hanc autem dat rationem: quia sic convenit ut integerrimo & perfecto luant supplicio: si illis enim aliquod deesset membrum, vel sensus, iam illa carerent potius, quam in tali, vel obrealem possent tolerare. Verbi gratia: si cæci forent; non eos demonum, aliorumque horrendorum aspectus cruciaret. Si surdi, non auditus, terribilium clamorum, tam eorum qui pœnis his affliguntur, quam qui eas inferunt, carnicum etc. Ita quoque è contrario corpora iustorum omnibus membris, ac sensibus integra resurgent, ut in omnibus integrâ, perfectaque gloria perficiantur. Nihil immixtum in eis apparebit, sed ad panam erit integritas corporis.*

Secundò: dicendum resuscitanda impiorum corpora illas omnes malas habentia pœnes, quibus in vita cruciabantur, passibilitatem, gravitatem, obscuritatem, podagras, ischiades, asthma, ventris fluxum &c. Erunt igitur corpora illa gravia, obscura, passibilia, infirmitatibus quibus hic torquebantur, oppressa. Podagra, eius qui illa in vita laboravit erit dolorosissima, ichias rabidis affliget pœnis. Asthma non sine summo, ac vehementiore anhelatione impediet spirationem &c. Et quid hoc adeo multum? Cum credam impiorum corpora resuscitanda velut omnium infirmitatum xenodochium, podagra, odontalgia, spasmatis, Asthmatis, cephalææ, venter fluxus, febrium &c. O bone Deus, si vna harum infirmitatum tam illo quod durat tempore, tot remedijs, tot copedijs suffulta & cum adit qui tibi ad votum seruit, ita te cruciat: quis cruciatus, quis erit dolor, cum simul & in perpetuum in his contorquebuntur? tot carnicibus circumstantibus, ubi non alio lecto decumbas, quam flammis, ardentibus, consumentibus. Hanc doctrinam probat D. Augustinus multis in locis. Ex verbis hat D. Augustinus multis in locis. Ex verbis hat D. Paul. quæ in eisdem rei confirmationem expendit D. Ambrosius in illud psalm. Non resurgent impij &c. *Omnis quidem resurgemus, sed non omnes immutabimur. Videtur ait D. Ambrosius Apostolus tangere verba illa mysteriosa Iob: Exspecto, donec veniat immutatio mea. Que est ista quam Iob sperat, immutatio? Ea est, inquit, quam exponit Apostolus: Oportet corruptibile hoc induere incorruptibilem & mortale hoc induere immortalitatem. Hæc mutatio in omnibus resuscitandis non inveniatur: Non omnes immutabimur: tantum modo in iustorum corporibus, quæ quilibet renovata mutata, non in substantia, sed in quantitate, in*

Q  
d  
h  
c  
r  
u  
m  
d  
a  
n  
t  
i  
u  
m  
4  
d  
i  
c  
t  
u  
m  
2  
C  
l  
7  
m  
a  
u  
p  
l  
i  
c  
i  
L. 22 de Civ. Dei c. 19. Et in Enchirid. c. 87. a l. c. 15. ad Cor. 1. lect. 8. an finem c. 4. dist. 44. q. 3. a l. bD. AvO. Epist. 446. ad Consensium. Et ser. 121. de divers. cap. 20. 121. 122. 123. 124. 125. 126. 127. 128. 129. 130. 131. 132. 133. 134. 135. 136. 137. 138. 139. 140.

corruptibilia: clara impassibilia: & c. Porro peccatorum corpora non mutabuntur, quia potius omnibus his infirmitatibus afflicta, & peccatis qualitatibus obruta patientur. illis inquam, quibus in hac lachrymarum valle premebantur, & his quidem in hoc miserando statu accrescentibus, quæ ab ipso resurrectionis die augetur.

¶ Vnica hæc superest difficultas, num eorum corpora sint futura corruptibilia: si enim sunt passibilia, & in illis qualitates contrarias suum sint effectum habitura: caloris adentis, ignis, gelu, verberum, vulnerum, mortus serpentinæ, quis non dicat, quod corpora illa aut immutabunt, aut corruptent, redigentque in nihilum? Hanc difficultatem olim perpendit Theologus, & eandem ventilat D. Thom. quem sequuntur moderni. Lactantius Firmianus opinatur, quod corpora illa ex vna parte semper corrumpentur, cum ignis ardore, tum contodontibus vermibus, verumtamen ex alia parte restaurabuntur: simile quid fluxere Poeta de Prometheo; quem Iupiter ob celo ereptum ignem & in terras delatum, rursus affiguit, cuius secum ad cor vultur perpetuo corroderet, & corrosa vna parte, alia corrodienda recresceret, quale hoc tormentum: hoc vos diiudicat. Verumtamen non videtur huic Apostolos consentire, dicit enim de cunctis mortuis: Mortui surgent incorrupti & gratior longè erit eorum vera pœna, quam illa couicta Prometheri. Hic enim ea in parte, quæ corrodenda erat, eo tempore quo non reparabatur, dolorem non patiebatur: nisi semper patientur in omnibus suis partibus, sensibus ac corporeis potentis. O Horrendum est qui iugiter fieri poterit, ut illud corpus non consumatur: in quod infernales ignes / cuius consideratione fulgurum flamma habentur ve præta / totis viribus operantur: quis dicat illa passibilia corpora non in puluerem, aut illumque redigi, tot verberibus a demoniis attrita, tot plusquam mortalibus faucibus vulneribus: si admittat ea esse & corruptibilia & immutabilia? Notat D. August. rationem, subrepti suo ingenio perpendens, in corpore corruptibili duo esse consideranda. Primum: quod in illud operentur, illudque immutentur qualitates contrarie, quæ ei repugnant, & imprimuntur, ac recipiuntur in illo. Ignis suo ardore, gelu suo frigore &c. Secundum: quod illis corpus conterant, & consumant. In illo miserando statu, erunt damnatorum corpora corruptibilia, quantum ad primam partem: realiter enim ignis suum viliè implinet ardorem, & gelu

torum suum frigus, serpentes omne suum effundent, venenum, daemones omnes suos iustus: non corruptibilia erunt, quantum ad secundam partem: dabit enim Deus infansibus illis corporibus fortitudinem tantam, ut destrui, seu corrumpi non possint.

¶ Proinde, monet D. Augustinus, non eam vocemus incorruptionem, quam inauspicata illa illa corpora habebunt, sed naturæ firmitatem. Erunt in eis quedam, ut ita dicam, firmities corporis, corruptis firmities: quia ubi dolor esse poterit, non potest dici non esse corruptio, quamvis non deficiat illo firmities in doloribus, ne dolor ipse moriatur. Nota verba hæc: Corruptibilia firmities: quasi diceretur: corruptio incorruptibilia. Hoc indicat, ait D. Augustinus. Vates Isaias, dum de eorum loquitur doloribus. Vermis eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur. Vermem vocat corruptionem, quæ erit in carne, ignem vero vocat, dolorem illum, quem in illa causa hic ignis, & reliqua inferni tormenta: Nam ipsam corruptionem nomine vermis prophetice significatam, non incongrue credimus, & ipsum dolorem nomine ignis: quia firmities tanta erit, ut nec doloribus cedat in mortem, nec ad incorruptionem, in qua nullus dolor est, immutetur. Quod si dixeris, hoc te capere non posse, respondet D. Augustinus dum agit de modo quo materialis ignis inferni, cum sit corporalis daemones excruciet, qui sunt immateriales spiritus: dicit enim. Fat miris sed veris modis, licet nunquam a nobis intellectis.

¶ Attramen siue illo, siue alio fiat modo, concludit D. Augustinus, & hanc expedit difficultatem parum nobis (inquens) refert, cum sciamus illos resuscitandos modo supremis tolerandis cruciatibus maxime convenienti. Neque scire nos debet eorum habitudo, & quorum est certa, & sempiterna damnatio. Miseros hos resuscitatos, daemones capillis attripient, protrahent, & in vallem Iosaphat adducunt iudicandos. E contra vero qualis erit beatorum animarum quando Angelus eius custos ad manum paratum corpus proferet, iam dispositum, venustum, decaratum omni ambare fragrantius? O corpus meum, amice fidelissime, dilectissime comes, tu mihi vires ad iustitiam coronam præbisti, tu fame & sit, & ieiunio laborasti, tu verbera disciplina, tu tabularum duritiam, pro molli lectulo, tu ciliis asperitatem perituli: iustum est, ut in gloria sis particeps, quod factum fuisti particeps in doloribus.

¶ Tantalus tu illo anima, & resuscitabitur, & plebit



plebit Deus omnes præteritos corporis defensus; manuum, pedum, oculorum: hoc enim (teste D. August.) significat Apostolus his verbis: *Resurgent: In virum perfectum, in mensuram ætatis, in plenitudinem Christi.* His igitur iustus instar solis fulgebit clarissimi, eritque hoc quod veritas ipsa profert: *Fulgebunt iusti, tanquam sol in regno patris eorum.* Illo, igitur corpore glorioso circumamictæ animæ, alacres, comitantibus Angelis procedent ad vallem Iosaphat. Omnibus igitur illic congregatis prædibit supremus inquisitor præcedente cum glorioso ætatis vexillo: *Tunc apparebit signum filij hominis.*

**Matt. 24. 30.** Expendunt hæc verba S. Patres, dicentes, quod crux apparebit mille solibus illustrior, mille legionibus Angelorum circumscincta. Ita D. Epiph. Tract. de his que post cæcæ sunt reuelanda: Item D. Hippolytus Martyr. *Apparebit signum filij hominis cum multitudinis exercitus Angelorum uniuersum terram illuminans, à finibus usque ad fines, super claritate solis, aduentum Domini annuntians.* Hanc cum iusti viderint, positis genibus cernui cæleste cantabunt euphonia. *Salus crux sancta, salus mundi gloria, vera spes nostra, vera fortis gaudia.* Mali vero, ait Christus, stertus & ciulatus ad sidera mittent, præ nimia confusione: considerantes quàm inauspicato, nescierint sibi præsidio allumere arborem hanc vitæ & omnis virtutis originem: *Tunc plangent omnes tribus terra.* Confectum officium pastoris exequetur arbiter: separabit enim oves ab hædis, statuet oves, videlicet iustos, oves mansuetas, viles, laniferas, obediētes ad dexteram; malos autem hædos lasciuos, inquietos, petulcos, suarum voluptatum amatores ad sinistram suam; vt mundi finis eiuſdem conueniat principio. Quando enim Deus creauit mundi prima fundamenta; vidit non bene interfluere aquas cæli, aquis terræ: creauit firmamentum, quod illas diuideret: *Fiat firmamentum in medio aquarum, & diuidat aquas ab aquis.* Pariter contingeret in mundi occurrere. *Aque signant homines: Aque multa, populi sunt.* Duas itarum aquarum species numerat Apostolus, quasdam scilicet terrenas, quæ naturam sequuntur corruptam, inclinationem, terrenam hominis terreni Adam. *Qualis & terrenus, tales & terreni:* alias vero cælestes, quæ originem trahunt de cælo per gratiam, ibi fixa sunt eorum desideria, homini cælesti Christo conformes. *Qualis cælestis, tales & cælestes.* Non conuenit, ambas has intermisceri aquas: quis eas segregabit? Firmamentum, cælum supre-

mun & stellatum. *Fiat firmamentum, & diuidat aquas ab aquis.* O bone Christus, diuinum firmamentum. *Domine firmamentum meum.* Et Ps. 17. *erit firmamentum in terra.* Canit Dauid: *Illud diuidet aquas ab aquis.*

Porta Templi, quam vidit Hieremias, in medio fixa, diuidebat inter se ficus bonas, & malas, ad vnam manum segregabat: *Bonas bonas valde & ad alteram: Ficus malas, malu valde.* Non erit ficus, quæ sit mediocriter bona, sed bona, bona erunt in superlatiua: *Ficus bonas bonas valde, & malas (scilicet) malas valde.* tunc enim boni, boni erunt valde, optimi. Dicunt Philosophi, tunc qualitatem aliquam esse in summo gradu, quando nullum gradum habet contrarij. Non habebunt boni quidquam nec paruum, nec magnum, nec minus: *omnium capillum mali seu peccati: omnia bona erunt: corpus, anima, caro, ossa, potentia, sensus, virtus semel imo bis confirmata: Bonas bonas valde, id est in summo gradu: eum enim adhaerentes bonis gratiæ & gloriæ.* Tunc nulle eos angustabant infirmitates, nec fames, nec sitis, nec fatigatio, nec mors, nec timor, nec paupertas, nec dolor. *Et mors ultra non erit neque iustus, neque clamor, &c.* Similiter mali, male erunt in summo gradu, cum nihil habeant boni, nec in corpore, nec in anima, nec in sensibus, nec in potentijs. Cunctis opprimuntur malis, fame, siti, morte, fatigatione, igne, gelu, omni generis tormentis; & hoc est duplex malum: *Malus, malus;* quia obstinati erunt & in malo obfirmati in æternum. Hanc faciet diuisionem præclara illa porta templi gloriæ Christi, inquam, qui de se sic testatur: *1. Jo. 10. 10. sum ostium.* Separabit enim quosdam ad dexteram, alios vero reuertet ad sinistram: *Separabit eos ab inuicem.* O mortalibus tremendam diuisionem!

Huius diuisionis quandam multis ante annis imaginem, & primâ lineamenta Propheta Offensas conspicatus contremiscit, cor illi palpitauit, viscera lacerantur. *Consolatio abscondita est ab oculis meis, quia ipse inter fratres diuides.* Quid erit videre, eos ab inuicem separari, qui tam coniunctim vixerunt, vt maritus & vxor: maritum, cum lasciuus hædis reiecti in sinistram, ad damnationem, mulierem autem patientem vt ouem mansuetam ad dexteram collocari? *Quis dolor fratri, dum à se diuelli cernit fratrem ad dexteram statuendum, se vero in sinistram reuertendum.* Præcinit Dauid iustos vclut familias statuendas: *Posuit sicut oues familias.*

52  
Hier. 24.  
Mat. 24.  
1. Jo. 10. 10.  
Ps. 106. 41.  
Ps. 106. 41.

hos. Christus ait etiam malos, vt fasciculos al-  
 ligandos. *Colligite primum zizania, & alligate*  
*ea in fasciculos ad comburendum.* Quod & sic  
 explicat D. Augustin. *Ligate in fasciculos, hoc*  
*est rapaces cum rapacibus, adulteros cum adu-  
 lteris, fornicatores cum fornicatoribus, homicidas*  
*cum homicidis, auaros cum auaris, iracundos cum*  
*iracundis, fures cum furibus, derisores cum deri-  
 soribus, similes cum similibus.* Superbos reges cum  
 Pharaone, iniustos iudices cum Pilato, vltiores  
 iniuriarum cum Esau, proditores cum Iuda,  
 gulosos cum Heliogabalo, crudeles cum Ne-  
 rone, luxuriosos adulteros cum Herode, Actium  
 cum discipulis suis, Mahomet cum omnibus  
 Turcis, Lethærum cum suis sequacibus. Alliga-  
 te ea: colligati erunt: ita Christus: *Ligatis ma-*  
*nibus ac pedibus.* Idem erit ignis, quem Deus  
 torquendis demonibus creauit inextinguibilem:  
 ille eos tenebit contractos: *Angelos vero &c.*  
*vinculis aternis sub caligine reseruaui.* Erit enim  
 realiter verus ignis, vt probat D. Gregor. qua  
 ratione, quæris, torquetur hic diabolus? *Fit ma-*  
*ris, sed vixis modis.* Dicit tu illis, vt igne exi-  
 liaut, comentis se eripiant, se liberent hoc erga-  
 stulo. Audiamus D. Gregor Nazianz. *Hunc ar-*  
*gum, quas me abigere poterat, nec ipse recedere, nec*  
*mouere manus:* Inuicem colligati erunt, quin-  
 imo cum ipsis demonibus D. August. & Bernard.  
 tractant de huius supplicij grauitate: erunt tam  
 crudelibus inimicis colligati, qui istis etiam sa-  
 culis constringentur: sunt enim quidam da-  
 mones, qui homines tentant ad luxuriam, alij ad  
 odium, alij ad furta, sicut Sancti cum Angelis  
 sociabuntur.  
 Optimè vero dicit alligandos vt falces, *Al-*  
*ligate ea in fasciculos:* non cum poterunt dam-  
 nati sese ulterius mouere ad faciendâ opera pec-  
 catorum, vel boni aliquid. Similiter & iusti, vt  
 ouium greges congregabuntur: *Fofius sicut oues*  
*familias.* Patriarchæ cum Abraham, Prophetæ  
 cum Ioanne Baptista, Apostoli cum S. Petro,  
 Martyres cum D. Stephano, Episcopi cum D.  
 Martino, Religiosi cum suis fundatoribus, D.  
 Benedictus, D. Bernardus cum suis monachis,  
 D. Bruno cum suis Carthusianis, D. Domini-  
 cus cum suis zelosis prædicatoribus, D. Fran-  
 ciscus cum suis humilibus minoribus, D. An-  
 tonius cum suis Eremitis, D. Catharina Mar-  
 tyr cum Virginitibus, D. Magdalena cum peni-  
 tentibus, D. Anna cum sanctis vxoribus. Non  
 arunt alligati, sed liberi, vt in pratis aguelli:

*Egrediamini, & salietis sicut vituli de armento, Malach.*  
 ait Dominus, & subtiliter declarant Septuagin-  
 ta: *Salietis sicut vituli de vinculis relaxati:* Et  
 tu, ô hominum insauillissime, cui horum co-  
 gitas collegio te sociandum? ad quam ex his  
 sanctis, credis familiam te recursum? qua  
 ratione tua cum istis conueniat vita? quid in  
 te repetimus laudabile, quo Patriarchis, seu  
 Prophetis &c. connumereris? Tunc implebitur  
 Scriptura Spiritus sanctus, ait D. Augustin.  
*Tunc stabunt iusti in magna constantia aduersus In Ps. 29*  
*eos, qui se angustiauerunt, & qui abstulerunt la-*  
*bes eorum. Stabunt iusti,* non dicit, stabunt no-  
 ad Boni-  
 biles, seu Principes, seu diuites, sed *iusti, illi facium.*  
 enim soli, felices erunt in die illa, hi soli sit-  
 mi, securi, exultantes omni timore sublato:  
*Stabunt aduersus eos, qui se angustiauerunt,* op-  
 ponent se illis à quibus opprobria passi, & eo-  
 rum labores contemptui habiti sunt. Quam  
 non vociferabitur contra diuitem epulonem La-  
 zarus, qui sibi panis micæ negauit inhumani-  
 uus: quas non effundet querelas D. Vincentius  
 contra Dacianum, qui tor eum tortis crucia-  
 mentis? Quas voces Innocentes in Herodem,  
 qui tam crudeli eos manu trucidauit? Quas  
 insurget, inquit D. Augustinus contra im-  
 pium Achab innocens Naboth: qui, vt ei an-  
 ferret vineam, vitam abstulit? Quas contra  
 diuitem sanguisugam, paup. oculus, qui se ad  
 tam miserum coegit statum. Et quam animo  
 suspensi miseriam illi? *Uidentes turbabuntur*  
*timore horribili.* (Quam emphaticum illud?)  
*Et mirabuntur in subitaneâ in sperare salutis,*  
*dicentes: Et sunt, quos aliquando habuimus in*  
*derisum, & in similitudinem improperij &c. Nos*  
*insensati vitam illorum estimabamus insaniam,*  
*& sine illorum sine honore: Ecce quomodo com-*  
*putati sunt inter filios Dei, & inter sanctos for-*  
*illorum est.* Et in se ipsos furentes, & vitibus  
 incipient ciuilibus sibi capillos enellere, fac-  
 cies dilacerare unguibus, suum plangentem in-  
 fortunium, eo quod agant seram & sine fru-  
 ctu penitentiam: *Penitentiam agentes, &*  
*pro angustia spiritus gementes.* Vitam suam  
 perueriam deplorabunt, errores suos, disso-  
 lutiones suas, annos malè vitis impensos,  
 lamentabuntur transactas voluptates, præsen-  
 tes penas, inferni aternitatem, quæ ipsos  
 manet infelices. Suam desebunt iustitiam,  
 quod pro momentaneis deliciis tanti boni se-  
 cerint iacturam irreparabilem, & iam clarè  
 cognoscant, quanta poruerint facilitate sum-  
 mo illo bono percipi. Tantoque accepto malo



Stulti sapient, sed scio Phryges: Ergo errauimus a via veritatis &c. Lassati sumus in via iniquitatis & perditionis, & ambulabimus vias asperas, vias autem Domini ignorauimus. Quid nobis profuit superbia? Aut diuitiarum incedentia quid contulerit nobis? Transierunt omnia illa tanquam umbra &c.

S. 14. Venite benedicti. Iustificabit Dominus iustos, dauidos eu Regnum: illud enim omnium primum creatur.

54 **T**unc dicit Rex his qui a dextris eius erunt. Sententiam daturus in se supremus; primum sese conuertet ad bonos, stantes a dextris eius: ut omnibus testetur, summum sibi placere, misericordiam exercere, bonoq; precitari: quin etiam, ut sentiat D. Bernardus, ad maiorem confusionem, ut videant, id quod potuissent, si voluissent obtinere. Prius benedicti: vocantur in regnum, quam maledicti in caminum deiiciantur ignis aeterni, quo videlicet accipiat dolent, videntes, quid amiserunt. Ad illos conuertetur benigno, hilari, blando ac ridentiq; vultu, idque adimplebitur: In tempore erit respectus illorum. Quis forsitan dixerit, modo Deum vultum suum ad electos non conuertere, illos minime inueniri, aut eorum curam agere, de quo visus est conqueri Dauid: Quare faciem tuam auertis, obliuisceris inopia nostra, & tribulationis nostrae. Illa autem die, conuertet vultum suum, ipsos intuebitur ea hilaritate, qua sol mundum recteae quando discussis tenebris fulgentissimus mane exortitur suam illi faciem obuertit. Haec erat veteris legis amplissima benedictio: Conuertat Dominus vultum suum ad te. Maximis famis angustis oppressis, hoc sufficiebat Aegyptiis, si Ioseph eos tantummodo inuenerit: Respiciat nos tantum Dominus pater & haec est iustorum perennis oratio; Respice Domine in seruos tuos. Hoc tunc implebitur: Erit respectus illorum. Tunc (telic D. August. de hoc disputante) implebit Dominus, quod iustus per vatem Malachiam promiserat: Et erunt mihi, ait Dominus L. de iud. exercituum, in die: qua ego facio in peculium & parco eis, sicut parci vir filio suo seruienti suis. D. GREG. Verbe notata digniora, verbis benignissimis Tract. in illud. (ait Tertull. hoc subtili verfu.) Vocet bona & dulcis, (ait D. Gregor. Nyssen.) illos inuitabit: Venite. Quod vni benedicti Patris mei, percipite regnum &c. Quis ex minimi verborum expendat singulorum? Venite.

Euge, dilectissimi filii, vos mihi proximis volo. I. amici fidelissimi: accedite propius, properate iustorum amantissimi amici, brachijs me constringite am. benedicti. Cessatis: Quam tristes gemit filiolus, dum mater, in probam amotis, quasi a se eum reicit, pectus atque amariot: Vade, non te volo, sed istum Aegyptium; & alium amplexatur, mille recreat blanditijs amoris iudicis: quam non tenere plangit filiolus? Quam non acriter assilire puerulus? Attamen, dum cum vultu sereniori, crediditque compellat, accurre fili mi, dilecte vieri mei matrem amplectere, anima mea; tu mihi filius charissimus, tibi mea seruantur vera: fugit? quale gaudium?

Appellans placentis verbis sua inssa securos.

Quam hilans subilis? quam consolatus accurrat? Quam anxiebanetur Iosephi fratres, dum ab ipso veperegrini ignoti regni insidiatotes excipiuntur? Cum autem vultu ad omnem amicitiam compoistro, brachijs dilatais, ad illatortat, oculosum prabet pacis: Dixit elementer Accedite ad me. Ego sum frater vester, nolite pauere. Quae consolatio tam inexpectata, quod gaudium tam inopinatum? Marius, I. aedicti: Latus explicat, D. Chryost. Quibus bonis hoc non compensari potest, ut benedictus sis, & a patre ipso benedictus? His, cum ceteris iustis, contentus gaudebat Dauid, vnde & illud reperit, dum rogat: benedicit nos Deus, Deus noster, benedicit nos Deus. Nota enim est illa: Spiritus sententia: Benedictio Domini diuites facit, nec facit vitis eis afflictio. Nullum maius bonum, sibi pertinebat Dauid, optare se posse ciuibus sates Galaad, ob benenolam misericordiam impensam Sauli, dum eius corpus tradunt sepulcrat: quam illud: Benedicti vos Domino, qui fecistis misericordiam hanc tum Domino vestro Saul. Magis benedicti Patris mei. Antiquitus dabatur cum benedictione paterna ius hereditatis & primogenitura: ut patet in benedictione Isaac concessa Jacob, proinde eum vocat illos: Benedictos Patris mei, perinde est ac si dicat, Vos, vos estis heredes regni, quia Patris mei obtinistis benedictionem. Ea erit benedictio: de qua Sapiens. Benedictio illius, quasi fluuius inundauit. Erat bonorum omnium inundans fluuius, qui illos coonorigabit. Benedicta vestra ieiunia, benedicta vestra penitentia, benedicta vestra elemosyna, benedicta vigilia vestra, benedictus dies, quo Deo nati estis, benedicta vita vestra, benedicta mors vestra, benedicti oculi vestri, benedicta lingua vestra, benedicta anima vestra, benedictum.

D. B. E. R. Serm 8. in Psal 90.

Qui habuit.

Sal 3. 6.

Ps. 43. 24.

Num. 6. 26.

Gen 47. 25.

Ps 89. 16.

L. 20. de ciuit. 27.

Malach. 3. 17.

TER. TVLL.

L. de iud.

Dom.

D. GREG.

Naz.

Tract. in illud.

Quod vni.

ex minimi.

erunt.

Am corpus vestrum, benedicti vos omnes; Amplius: Possidete paratum vobis regnum. Nolo minus vobis largiri, quam omnes vos Reges create, & Reges regni caelorum.

17. Perfecit in illis adimplebitur illud Sapientis vaticinium. Accipient regnum aeternum & aeterna & cetera, de manu Domini. Nihil habet Rex, quod amplius addet, quam proprium regnum. Dixit Saul, vt felicem videt Davidis progressum:

18. Quid ei superest, nisi solum regnum. Visum est Herodi se quidquam non posse dare in promissum regale magnificentius, quam dimidium regni: ita enim offert puellae salatricis, vt beneficium aliquod peteret, se ei concessurum, quid quid petisset: Licet dimidium regni mei. Quis Rex privato cuidam tale praestitit vquam beneficium? Possidete regnum. Et quale regnum? Paratum vobis a constitutione mundi. His verbis includi: Christus, & suam in nos misericordiam, bonitatemque manifestat. Primum, etenim quod creatus mundum praeparavit, fuit regnum caelorum hominibus in possessionem & gloriam. Iam nunc, inquit D. Augustinus, capio

19. quid intellexerit Spiritus S. quando dixit. Prior omnium creata est sapientia. Quae est haec sapientia? Ne hoc intelligas, inquit, de filio Dei, quem vocat Apollolus: Dei sapientiam, haec enim non fuit creata, qui potius per ipsam creata sunt omnia: Non utique illa sapientia & atri Deo plane coaeterna, & aequalis, per quam creata sunt omnia. De illa sapientia domo, vbi perfectissime Deus suam communicat, quae ipsa est gloria. Vocatur Romae Sapientia, domus extructa ad docendum, schola studiosorum sapientiae. Haec illa est sapientia, gloriae domus omnium primogenita, & primigenia creaturarum; quam D. Augustinus his verbis depingit: O beata & sublimis creatura creaturarum maxime beata. (Et inferus: ) O domus Dei luminosa, & speciosa, locus habitationis gloriae Domini Dei mei, possessoris & fabricatoris tui. Illa est, inquit, quae prior omnium creata est. Primum enim omnium creavit Deus supremum hoc gloriae domicilium, vt se hominibus communicaret. Non creavit Deum orbem propter terram, nec propter plantas, nec animalia, nec aquas, nec aërem, nec quidem propter caelos ipsos, sed propter hominem. Propter nos sciscitum saeculum, & omnia, quae in eo continentur, ait Eudras.

20. Ad hoc propositum exponit D. Clemens Papa & ait: Ex ore Domini venit, quem sequuntur Origenes Theodoret, Magister sententiarum & alij, Hieron. Bapt. de Lanna, Tom. 1.

21. prima illa verba Genesis: In principio creavit Deus caelum & terram. Quid intelligit per caelum, & quid per terram? Caelum empyreum, hoc est caelum; moles illa, & globus terrae, & aqua tenebrosa, est terra, quia legitur, quod caelum stellatum & alios caelorum orbis creaverit secundo die. Fuit firmamentum, id est octavum caelum. Ita vt primum fuerit caelum empyreum; & inferior moles, de qua, diebus subsequentibus alias eduxit creaturas, inferior caelo empyreo. Primum condidit aeternam illam domum in habitaculum homini, vbi aeternum regnaret beatus, & deinde istam temporalem, in qua sese diuinam gratiam praepararet, ad aliam sempiternam: quia quod Deus mundum creaverit, fuit in hominis summum bonum vtque se illi communicaret. Non decet summum bonum, ex primaria intentione perdere & castigare. Hoc fuit primum, quod Deo condidit D. Bonaventura ait (apud Cornelium a Lapide) hanc In cap. 1. esse communem Sanctorum opinionem, Ita vt Gen. in primum intentum Dei, quoad creationem mundi fuerit, create hominem, & praetentio, quam in hoc habuit, cum esset summum bonum, cui proprium est seipsum aliis communicare, ea fuit, seipsum homini communicare, & dare cum omnibus suis diuitiis. Non creavit mundum, vt hominem perderet, ac condemnaret. Nequaquam: Non enim posuit nos Deus in iram, 1. Thessal. sed in acquisitionem salutis, ait Apollolus, sed vt cum illo regnaret, statumque aeternae salutis obtineret. Proinde primum omnium creavit regnum & locum supremum caelorum, vbi ipse principaliter sedem suam statuit, suaeque bona communicat. Non creavit nos ad gehennam (inquit D. Chryllostom.) nec homini destinavit infernum nec ignes illos aeternos, sed diabolis; & ita de iis loquitur: Qui paratus est diabolo & Angelis eius: ait vero de homine: Paratum vobis regnum a constitutione mundi. Viden' quam tibi Deus optet regnum caelorum, cum enim vltimum tibi hoc sit dandum, omnium tamen primum creaverit. Adesse, charissimi, possidete illud regnum. Domine, & ob quid? Esurius & dedisti mihi manducare. Sitiis & c. Attendit D. August. a ex quo sumpsit D. a Ser. 15. Bernard. b quod non sit dicturus D. Stephano de temp. Veni benedixit & c. quia ob mei gratiam fuisti lapidatus: D. Laurentio, quia pro mea fide fuisti in craticula affatus: nec D. Antonio, quia in mei gloriam tua omnia bona reliquisti & c. habuit. II. Non profert maiora Sanctorum facinora, tantum Cur tam-



tum opertum verò illa vulgaria, ut mali videant, quam facile illis fuerit. hoc ipsum prœmium adipiscitur. Non enim à te reposcit, amice, ut carnem tuam disciplinæ verberibus dilaceres, ut S. Dominicus: nec noctibus iungas dies in oratione cum D. Francisco: nec te spelæo concludas captivum, ut D. Paulus primus Eremitæ cultor: nec tibi pectus lapidum iectibus distumpas, velut alter Hieronymus: absit, sed illud quod minime potes facere labore, quale est, fame perevnti succurrere, panis fructum elargiri mendicanti, vile pallium viduæ pauperi, gressum vnicum ad infirmorum hospitale &c. *Quod Abel passus sit* (ait D. Petrus Chrysologus in illud. *Beatus Chrysostomus, qui intelligit &c.*) *Quod servavit mundum* Noë, quod Abraham fidem suscepit, quod Moyses legem tulit, quod crucem Petrus resupinus ascendit, Deus tacet, & hoc solum clamat, quod comedit pauper.

D. P. CHRYS. Serm. 14.

56 D. Ch. Ho. 22 in 10<sup>mo</sup> ad sin. To. 3.

D. P. CHRYS. Pf. 40. R.

Voluit illo Deus significare (ait D. Petrus Chrysostomus.) hoc quod toties vobis dicimus: vobis nullam esse sperandam gloriam, nisi misericordiarum operibus & eleemosynis faciendis. (v. n. potueritis, incumbatis: *Is vasa oleum colligimus, dum hanc vitam vivimus, quod nobis neque post hinc migrationem amplius, neque nisi per manus pauperum colligere permittitur. Colligimus, inquam, abunde, si cum sponso ingredi volumus: sin minus, excludemur. Impossibile enim, impossibile, inquam est, & si innumera facias bona, sine eleemosyna, celestis regni, vel vestibulum quidem attingere.* Et maturè expendit D. Petrus Chrysologus hæc verba Christi. *Esurivi, sitivi &c.* dicens, his impleri Davidis vaticinium: *Beatus qui intelligit super egenum & pauperem: in die mala liberabit eum Dominus.* Audi verba hæc. *Esurivi & dedisti mihi manducare.* Verbis, o Domine? An non ille erat peregrinus pauper? pupillus fame confectus? An illa non erat, quæ ad me accessit vidua desolata? *Non dixit esurivi pauper, & dedisti mihi manducare, sed esurivi ego, & dedisti mihi manducare, sibi datum clamat, quod pauper accepit, se manducare dicit, quod comederit pauper.* Ut cum videris pauperem oculis corporis, oculos attollas animæ, & in illo Christi personam consideres, eoquæ te beatum existimes, dum pauperem vides ostis tuis imminentem: hoc enim est: *Intelligis super egenum.*

Hinc patet id quod Christus dixit, ut facias eleemosynam tuam in abscondito, ipse illam in publicum adducet & ipse in propatulo reddet ti-

bi: & quod præfatus est Spiritus sanctus: *Pauperi porrige manum tuam &c. Gratia dati in con- spectu omnis viventis. I pauperi porrige, ego te certum reddo, eleemosynam, quantumlibet absconditam à Deo exponendam in totius mundi conspectu & quotquot in eo sunt, oculis reuelandam. Venite, &c. Possidete &c. Esurivi &c.* Tunc, (ait D. Bernardus) quodlibet verbum velut sic quædam, malorum transfodiet viscera, cum visuri sint, quam facili manu poterunt tanti boni sibi lucrum facere eleemosynarij: *Quis mærorum diviti qui vestes suas tinea potius corrumpi, quam dari pauperibus, passus est? Quis horror epuloni, qui mensa assidebat tot repletæ ferculis, ut in ea pluribus cupidus non daretur locus, nec tamen bolus vitæ dandus reperiebatur fame deficienti &c.*

Stupet attonatus D. Gregorius Nyssen, & ait. *Tristis quod eius auribus excidere non poterat, semper illud: que resonabat illud: Quod vni ex minimis meis fecistis: Qui semper auditè videbatur in auribus suis tinnitum illorum verborum, itaque tractatum particularem edidit, in quo hæc verba ad amissum enucleat: addit, nihil esse de quo magis admittetur, quam quod Christiani, & audientes, & credentes hæc verba, pauperes vitio non inquirant, prostrati: in ædes suas non recipiant, & cum Abraham eorum pedibus humiles non prouoluantur.*

§. 15. Ite maledicti. Præsternet malos illis verba, quibus eos pœnis æternis damnandos adiudicabit.

Conuertet se demum iudex ad eos qui ad sinistram consistant, vultu commoto, excandescens, rugiens ut Leo, bilis suæ futuri que euomens impetum, qualem depingit Hieremias. *Ecco turbo Dominice indignationis egredietur, & non possit erumpens, super caput impiorum venies, & non reuertetur super Domini. Usque dum faciat, & usque dum compleat cogitationem cordis sui.* Hortesco reterens. Egredietur turbo Dominice indignationis quasi rupto muri repagulo, ut super impios iruat furiosus. Continuit & quasi conclusit Deus itam indignationis suæ: obstaculo patientiæ suæ multis annis, tunc verò diffringeretur, eritque prout diluuij tempus. *Omnes fontes abyssi magna ruperunt, & catarracta*

cali aperta sunt. Omnes enim iræ suæ fontes dirumpet, & indignationis super impios aperiet catarrhas. Heu infelices, quis vobis animus. Graphicè eos describit vates Isaias:

Ma. 13. 8. Omnes manus dissoluentur, & omne cor hominis contabescet, & contoretur, torsiones & dolores tenebunt, quasi parturienti dolo-  
 quisque ad proximum suum stupebit, facies combussa vultus eorum. Aut quis eos horror inuadet, quando iudex conuertet vultum suum: conuertet enim vultum suum contra eos, sed ferocem, inflammatum, horribilem ardentissimas euomens flammam indignationis? Hæc

L. de Re-  
 pr. lap.  
 Malach.  
 3. 2.  
 Ma. 10.  
 17.  
 considerat Propheta Malachias (inquit Dignus Chylosotomus) & ait: Quis stabis ad videndum eum, ipse enim quasi ignis conflagrans. Liquefactus ignis, in cuius conspectu, æs liquefit, & ipsæ rupes dissoluntur. Non credo grauioribus hoc posse verbis declarari, quàm quæ lego apud Isaiam. Ardens furor eius, & gravis ad portandum: Labia eius repleta sunt indignatione, & lingua eius, quasi ignis deuorans. Totus videtur ignis, flamma, furor, ardor, bilis, indignatio, ira: labia præ furore tremiscunt, lingua vt gladius igneus, anceps. Et audiam facies Domini gloriam vultus sui, & terrorem brachij sui ostendet in comminatione furoris, & flammam ignis deuorantis, allidet in turbine, & in lapide grandinis

Ad hæc verba tinniunt ambæ aures, plena sunt mysterijs; in vltimis verò alludit ad id quod ipse dixit: Eris sicut nox sanctificata solemnitatis. Fuit enim nox illa, quando eduxit Dominus de Ægypto filios Israel; Dum enim eos reducturus insequitur Pharaon, ecce apparet Deus in columna ignis, medius inter Ægyptios & Israelitas; his splendidos, claros, gratos, alacres effundebat lucis radios, quibus eos in alteram maius oram saluos & incolumes traduxit: At contra Ægyptios fulgura, tonitrua, horrendos ignes, molares, grandines, & petras durissimas euomebat, quibus eos maris fluctibus demersit inuolutos. O bone Deus: si dum vel semel apparet dilecto suo Ioanni, veniens, non contra illum habens aliquid, sed negligentias quorundam Episcoporum reprehensurus, quibus nihilominus fieret misericors, visus sit vultus eius, velut sol, oculi eius vt flamma ignis, gladius in ore eius vt iraque parte acutus: actutum vt illum vidit ait: Cecidi ad pedes eius, tanquam mortuus. Quid

hæc tunc erit, quando tempore vindicæ aderit,

igneos exsufflans radios? Inflammata ignis sanstirepro-  
 vindicam. Quæ tonitrua? quæ fulgura? quæ borum  
 flammæ verba hæc: Discedite à me maledicti, exponi  
 in ignem æternum. Optimè dictis quadat illud tur.  
 Job: Cum vix paruam stellam sermonis eius au- 2. Thessal.  
 dierimus, quis poterit tonitruum magnitudinis illius  
 lius intueri. 1. 7.  
 Job 26. 14.

58  
 Grauius expendit verba hæc D. Gregorius & varia circa hoc adducit loca S. Scripturæ, tandem concludit, illud ponderans quod Christo Domino accidit, eo tempore quo mansuetudinis ac misericordiæ eius clariora patebant indicia: cum enim esset, non in forma iudicis, sed rei: non in suprema iudicaturus maiestate, sed in profundissima iudicandus condemnandusque humilitate: iam iam à Iudæis captiuandus, illis obuiam prodit, interrogat: Quem Iohan. 18. 5.  
 queritis? Responderunt ei Iesum Nazarenum: dicit eis Iesus: Ego sum. Dulce verbum, amicum, blandum, humile, quo se illis offert vt agnum lupis; nihilominus tanta fuit huius efficacia verbi, vt hoc audientes: Abierunt retrorsum, & ceciderunt in terram. Stupidi, elumbi, exanimis. Quid facturus quando præclara radians maiestate, vt leo rugiens, vt horribile tonitruum vociferabitur: Discedite à me maledicti? Si quando, vt ouis parata ad victimam, sese immolandum obtulit, vnico tam suauiter, teneoque balatu sic exterruit inimicos: quid acturus, quis eius furor, quis bilis impetus: quando velut A. D. G. R. E. rabidus leo tremendum hoc eiaculabitur tonitru. Discedite maledicti &c. Leo rugiet, quis e. 11.  
 non timebit? Cum moriturus diceret, quem queritis? & vocem solummodo mississima responsionis ederet, dicens: Ego sum, armatos persecutores suos proximus in terram prostrauit; quid ergo facturus est, cum iudicaturus venerit, qui vna voce hostes suos percussit, etiam cum iudicandus venit? Quod est illud iudicium, quod in mortales agit; qui in vna voce non potuit ferri moriturus? Quis eius iram toleret, cuius non potuit, & ipsa mansuetudo tolerari?

58  
 Congruè dixit Sophon. (teste Diuo Grego. Sophon. 1. 14.) Vox dei Domini amara tribulabitur ibi fortis. Quis viribus tam potens, qui flammam has consumentes audiat videatque inconcussus: Discedite à me maledicti? Discedite traditores, hinc vos abripite, ad malas aues, inimici: ne vos videant oculi mei scedifragi: Vox dei Do. D. G. R. E. mini amara. Ponderat, Dignus Gregorius cor- L. 1. Epist.  
 rectionem illam, qua Diuus Petrus Ananiam & Saphiram arguit mendacij, quemque illorum nans. C. 4.

O o 2  
 sepa-  
 cellar.

separatim, quã audita exemplo mortui corruerunt. Quis non erit effectus vocis Domini, de quo Isaias. Spiritus laborum suorum interficiet impium: Regis irati vox quã horribilis? *14.* O Indignatio Regis nuntij mortui. Quot vidimus, ad acerbiorem Regis corruisse correptionem, quã disrumpebantur? Si ergo non vales verba ferre pulveris (Diuus Gregorius argumentatur.) Quid facturus es ad iudicium conditoris? Heu verba formidanda nimis. *Discedite à me, scedisfragi, peccati, inimici proditores, Blanditus vos vocavi, & vt ad me veniretis rogavi: Venite ad me, & venite nolastis: ergo Discedite. Crucem ascendi, apertisque brachiis longanimis expectaui vos, vt vobis darem amplexum amicitissimum: caput inclinaui, vt pacis offerrem vobis osculum, pectus meum aperui, supplicans veniretis, in illud securi ingredere mini: *Tota die expandi manus meas, & venire contempistis. Igitur discedite à me maledicti. Salutaui vos benedictione, illam spreulistis, nec voluistis: modo maledictione obruemini: Maledicti: Maledicta vestra natiuitas, maledicta vestra pecunia, maledicti honores, voluptates, lingua vestra, oculi vestri, maledicta vita vestra, maledicta mors vestra, maledicta anima vestra, corpus vestrum maledictum. Quò ituri Domine à facie vestra eliminati? Horum quilibet dicat, sed maiori ratione, cum Caino. *Ecce eiecisti me hodie à facie terra & à facie tua abscondar: omnis igitur qui inuenerit me, occidet me. Si sis ò Domine, omne bonum, quo fugient, vt qui illis benefaciat, inueniat? In ignem. O qualem lectum! O quale habitaculum! *Quis habitabit ex vobis cum ardoribus sempiternis? Et quamdiu? aeternum. Ignis aeternus, in aeternum. Et quibuscum? cum demonibus. In ignem aeternum, qui paratus est diabolo, & Angelis eius. Non vobis creauit gehennam, sed demonibus: voluistis eorum parti adherere: cohabitabit in eorum societate, tormentis, & ignis dolentibus æuicetnis. In ignem aeternum.****

§. 15. In ignem aeternum: Dei particularis carnis, est ignis aeternus, omnesque suas contrarios vires exerent creaturae.

**D**Vas hic Christus declarat penas hac sententia: In ignem aeternum. Prima: pena damni, quæ est quædam à Deo separatio & æterni boni æterna perditio. Secunda est: pena sensus ignis. Duo agit omnis peccator. Primum, deserit Deum, cuique terga vertit. Secundum, conuertit se ad creaturas eius que sese coniungit. His correspondunt duæ penæ, quarum prima damni, Dei in aeternum perditio, tanti est cruciatus, quanti ipsa perditio: quid est autem Deum perdere? D. Chrysostomus probat penam damni, multo esse præiã sensus grauiorem. Hæc pena maior est, quam cruciatus ille flammarum: Noni quãdã probatissimi pertimescunt gehennam: ego tamen illius gloria amissionem multo amarior, quã ipsius gehenna, dico, esse supplicium. Si id non possum sermone demonstrare, nihil est omnino mirandum, neque enim nouimus illorum beatitudinem prætorum, vt infelicitatem quoque de illorum amissione scire possimus. Nos autem hæc absque dubio discimus cum experimento caprimus doceri. Itaque tunc aperientur oculi, tunc auferetur velamen, tunc cum ingenti dolore impij videbunt, quid inter bonum aeternum & summum, & hæc caduca & fragilia discriminis sit. Huic superaddetur pena damni. Adamo primum Deus abstulit paradysum, eoque expulit profugum, cum illum sibi à Deo datum nihil fecerit, deinde è regione Paradisi, quem perdidit ipse spinas & tribulos reiecit.

Vides singularem tortorem quem Deus ea mente creauit vt illo rebelles suos hostes, diabolos castigaret, & quo castigabit peccatores, qui, cum illis similes non sint in natura, similes tamen fuerunt in culpa: In ignem aeternum, qui paratus est diabolo &c. Hoc indicauit Diuus Paulus. In reuelatione Domini Iesu de celo cum Angelis virtutis eius, in flamma ignis dantis vindictam istis, qui non uerunt Deum, & qui non obediunt Euangelio. Arbitror Apostolum occinere rationi illi Ecclesiastici. Vbi asserit, quod sicut Deus, multa creauit in beneficium, voluptatem & bonorum consolationem, ita quoque alia quædam

11. Erel.  
39. 33. dam in carnifices, malorumque tortores, non enim suspicari debet peccator, quod eius Deus dimittet nequicias impunitas. Amorum autem refert catalogum: *Sunt spiritus qui ad vindictam creati sunt, & in furore suo confirmaverunt tormenta sua, & in tempore consummationis effundent virtutem & furorem eius, qui se fecit, placentur; ignis, grando, fames, & mors, omnia hac ad vindictam creata sunt.* Bestiarum dentes, & scorpj & serpentes, & romphæa vultus in exterminium impios, mandatis eius epulabuntur &c. Et in temporibus suis non praterient verbum. Singula verba plena sunt Sacramentis.

Creavit (inquit) Deus, & ad nutum suum ordinavit spiritus, ut carnifices, & suorum vltiores iniuriarum: hi vero sunt, ignis, grando (sub quo nomine comprehendit fulgura & grandinem) fames, mors, crudelium bestiarum dentes, scorpiones & serpentes, gladij accipites. Has creaturas vocat Spiritus; non quod ipse tales sint, cum omnes sint valde materiales, sed ut significet, id, quod sana docet Theologia, quod licet omnes istæ creaturæ in se sint, & in nos procedant, ut causæ seu agentia naturalia, nullâ prædite voluntate: tamen respectu Dei tam sunt obedientes ad nutum, sicut ipsi spiritus Angelici, & ad eius implendam voluntatem tanta accurrunt promptitudine, quantâ ipsi spiritus Angelici: Ratione huius ipsdem verbis, quibus David declarat illorum obedientiam respectu verbi Dei exponit sapiens istarum obedientiam creaturarum; & sicut de ipsis Angelis dicit: *Facientes verbum illius, ad audendam vocem sermonum illius, de illis hoc idem dicit: Ignis grando, nix, glacies, spiritus procellarum, quæ faciunt verbum eius.*

Et quia statim oritur dubium: si Deus has creaturas creavit in carnifices, malorumque tortores, quomodo hoc non faciunt? Nec enim impios adurit ignis nec grando constringit, nec serpentes mordent, nec scorpiones iusticiunt, quinimo quis dicat ah his iustos potius cruciari. Comburit ignis D. Laurentium, consumit D. Apolloniam; & vertit in cineres corpus eius, quo maior inter natos mulierum non surrexit, nimiram D. Ioannis Baptistæ. Gelu adeo vehementi & non tolerabili frigore constringuntur Sancti quadraginta Martyres, ut eius vi vnus eorum superatus resisterit. Fame torquentur Apostoli, discerpunt leones D. Ignatium; commordent D. Christinam scor-

piones; gladius caput diffidit D. Paulo; lapides præfocant D. Stephanum; Ut dubio huic satisfaciamus, ait Spiritus Sanctus quod in die iudicii circa mundi finem omnes hæ creaturæ: *In tempore consummationis effundent virtutem.* Quo tempore durat mandus, detinet illas Deus quasi refrænatas, ne illud agent, ad quod eas creavit, scilicet, ne puniant peccatores. Quamobrem dicit Apostolus quod eas Deus captivas habeat, vanitati subiectas: *Vanitati creatura subiecta est.* Id autem vocatur vanum, quod finem non consequitur, in quem ponitur. Videtur quod omnes illæ creaturæ dependant querelas, ut in vanum creatæ in hoc mundo: dum illis Deus, locum, tempusque non concedit, puniendi peccatores, & quælibet contra eos agendi, in quem finem sunt conditæ.

Verum enim vero (respondet Spiritus Sanctus) poenam, quam indignare deberent, in mundi termino scito intelligendam; tunc enim Deus illis dabit libertatem. *Ipsa creatura liberabitur à servitute corruptionis.* Inuadent impios, in illos omnes suas exerent vires, effundentque summum rigorem. *In tempore consummationis effundent virtutem.* Quidquid autem modo faciunt, & operantur: noneris hoc totum esse quasi quandam picturam, nec secundum totam suam nocent virtutem. An non opinatis, magnas illas fuisse ignis vires, qui supercecidit Sodomis, qui ut fulgur eos in momento redegit in puluerem? An non fulguris illa vis magna, quod turres in ictu oculi deiicit, æneasque campanas liquefacit? An non terribilis illa grandinis, lapidumque virtus, quibus Egyptiæ oppressi, prostrata animalia, arbores, graminia? An non iudicas rabidum illud venenum, quod serpentes dipsades Israelitis murmuratoribus infuderunt, quod confestim ardentissima sui caloreque tabescebant? Parua sunt hæc omnia: non enim totam virtutem tortores extendebant: at in die iudicii cunctipotentem: *Effundent virtutem.* Tunc omnibus operabuntur potentis: effundet ignis omnem suum ardorem, serpentes omne suum venenum, scorpiones omnem suam rabiem, gelu totum suum rigorem. Et hoc inuicit Spiritus. S. quod illis Deo hoc præcipiente, tanta illud voluptate exequentur, quasi epulis lautissimis assiderent; *In mandatis eius epulabuntur.* Quis hanc non stopeat loquendi formulam: significat autem id quod cum D. Paulo attendebamus; quod modo creaturæ vim quandam patiantur, & earum sit virtus, quasi

Rom. 8. 19

60

ligata, atque captiua: non enim dat Deus locum deliciis & huius sæculi bonis, vt ea bonos recreent pro quibus illa creauit: *Bonis bona creata sunt.* Nec illis, quas malas, & molestas dicimus: vt crucient impios. Tunc autem soluet illis Deus mandabitque, id faciant ad quod sunt conditi; itaque tanta virtute, voluptate, & animo impios aorientur, quasi cuiuslibet earum hoc foret opiparum ferculum. *In mandatis eius epulabuntur.* Ibi pascuntur serpentes in corde, colubri in pectore, scorpiones in ventre, dracones in humeris, bufones in oculis, araneæ & noxia reptilia per totum corpus, & particulariter flammæ desolatoria: velut dum leo fame rabidus effamur summa voluptate arripit, quando ei ad hoc datur occasio.

II.  
Cur dica-  
tur infer-  
nus locus  
tormen-  
torum.  
*Luc. 16.*  
28.

Hinc intelliges rationem, ob quam diues epulo vocauerit infernum: *Locum tormentorum.* Hic enim locus est, vbi creatura, quas Deus in hostium suorum condidit cruciatum, potenter omni-  
busque neruis illo funguntur officio, & hoc tanta animi voluptate, quasi conuiuio recrearentur popinali. Ita vt hinc tibi sit perspectum, quod respectu eius quod efficiunt, ardentissimos Babyloniam, ac Sodomorum ignis, frigus sit, gelu vero rigidissimum: calidum, ferocissimi colubri sunt mansueti, serpentes veneno potentissimi, vt pichi, & imbecilles: hoc enim in tempus illud diemque seruat, quod nullus posterior. Huic nixus fundamento liceat mihi dicere, ad earum poenarum explicationem, omnes coaceruatos, quantumcumque martyrum cruciatus, non æquare eius poenas quas in inferno damnatorum minimus patietur. Perlege Flores Sanctorum, expende tantos cruciatus, quos infernalis inuenit feritas tyrannorum: attende hos illo modo, alios altero diuersimode contritis, dein omnes simul considera, omnes hi nec vel minimi inter condemnatos tormentum exæquabunt. Insuper hac ratione fulcus sol Theologiæ D. Thomas asserit, nec Christi tormenta, passionemque licet acerbissimam, damnatorum exæquate cruciatus. De quibus forsitan alias.

3 p. q. 46.  
a. 6.

§. 17. In ignem æternum. Habet hic ignis particulares proprietates, illo igne descriptas, quo Deus puniuit Egyptios.

12 61 **L**icet autem multum, variazque sint creatura, quas Deus in tortores suorum creauit inimicorum, ex intentione tamen particulari ad hoc ignem præparauit infernalem: *Qui*

*paratus est diabolo &c.* Ille enim erit tortor, inter ceteras sensus poenas, acerrimus, proinde de illo nominatim memorat Christus: *In ignem æternum,* cui etiam Spiritus S. primas cedit, dum tortores enumerat. *Sunt spiritus ad vindictam &c.* *Ignis, grando &c.* Licet autem dixerit diues ille epulo, esse infernum, vbi cruciabatur: *Locum tormentorum,* indicat nihilominus, ignem esse carnificem ceteris acerbior: *Crucior in hac flamma.* Quæ omnia conueniunt. Verbo Apostoli, de quo supra. *In flamma ignis datus vindictam.* Huius ignis qualitates naturamque subtiliter exposuit Spiritus S. libro Sap. quod melius captius, id quod ex I. Ecclesi. paulo superius retulimus. Præsupponit, omnes mundi creaturas, vt opera Dei, pro eius stare honore, & vindices iniuriarum, quæ contra Deo debitum honorem committuntur: idque feruentiori zelo, quam serui vestri fidelissimi sese vos calumniantibus opponunt defensores. *Vindex est orbis inferni.* Torus prodit orbis in vindictam contra iustorum Dei mandatorum transgressores, cuiusque ac sanctorum inimicos: Et hoc ipsum eodem li. prædixerat tibi. *Armabit creaturam ad vltionem inimicorum:* eos enim aduret ignis, frigus constringet, nubes ardentissimos emittent in eos radios: eos serpentes corrodent, scorpiones mordebunt, defringent dracones, pungent diplades, & hoc tanta voluptate, virtute tanta, quantâ significant verba præcedentia: *Effundent virtutem: & epulabuntur.*

Verumtamen exponit, quod principalis tortor, erit ignis, vt pote inter corporales creaturas maximè actiuus: vt verò hoc explicet, renocat in memoriam flagella plagasque, quibus olim Deus Egyptios aturui lux voluntati refractarios: inter hos verò, ignis præ ceteris fuit acerbior, & celesti sapientia describit huius ignis qualitates omnes maximè demitandas, quibus vltima modum affligebat peccatores, vt aduertit Iansen. Episcopus. Quas licet in Exodo Moyses non referat, eos tamen non tacuit Spiritus Sanctus. *Quodam tempore mansuebantur ignis, ne comburentur, quæ ad impios immiserant animalia; & quodam tempore in aqua supra virtutem ignis exardescere vidique, ut iniqua terra nationem exterminaret. Nix autem & glacies sustinebant vim ignis, & non tabescebant &c.* Creatura enim tibi factori deserviens, exardescat in tormentum aduersus iniustos. Erat ignis ille expresse creatus à Deo, in hostium suorum flagellum; quocirca singulares habebat qualitates, quibus eos acerbis cruciaret. Pri-  
ma

ma erat, cum esset ardentissimus, vivacissimus, & fortissimus, & fulgoris excederet radios; in altera tamen parte (hoc enim significat: *Quodam tempore*) erat moderatior, ardoremque suum recolligebat, ne illa combureret animalia, quæ Deus in tormentum immiserat Ægyptiorum.

Immiserat Deus, ut flagellum & tormentum rebellium istorum ranas, bufones, serpentes, aspidem, vespas, crabrones, & mille reptilia & venenata animalia, quæ illos ad mortem torquebant amariis, & talia quidem, ut musculum mortuus illos præ dolore conficerent: quid ergo erat de ipsis serpentibus & scorpionibus dicendum? Nullum horum lædebat aut interficiebat ignis, quinimo, adeo illis erat mansuetus, ut inter ipsos ignis ardores conseruarentur, vigorem recipere, ut vehementer eructarent, & inderent Ægyptios: Ita ut circumquaque ignibus miserabilis Ægyptius cingeretur, viveret inter colubros horrendos, crudeles serpentes, dracones terrificos, bufones expauescos, diplades rabiosas, quorum tamen animalium nullum tam vehemens ignis eneruabat, quin potius suo calore au mabat: Hoc est, *Mansuetabatur ignis, ne combureretur, quæ ad impios immissa erant animalia*. O flammam admirandas!

Secundâ proprietâs: licet ex vna parte ardentissimus & fortissimus esset ignis, quo nec ipsum fulmen ardentius, ex altera tamen parte vivacissimæ eius flammæ tanto gelu, grandine, niue abundabant, ut quantum ex vna parte calore suo comburerent, tantum ex altera gelu suo contringerent: & ipse summus calor, ipsum frigus intendeat, ut in supremo gradu frigus faceret, & ipsum frigus intendeat calorem, ad eundem gradum, ita ut, quod si ex vna parte adureret, si mulx altera frige faceret: & ipse calor viam aperiret, quæ frigus vsque ad ossium medullas penetraret: in tantum, ut ipse Ægyptius inextinguibili ardens calore, pariter contremisceret, & dentes præ nimio frigore collideret; frigus enim gelidissimo actabatur. Terra proprietâs: erat ille ignis, ut animal vnum, & operabatur, quasi habuisset voluntatem, & passionem: ab vna enim parte reddebat se mitem, ut prædicta conseruaret animalia, & quasi illa sinu suo fouebat, ab alia vero parte, exardescerebat, & fremebat ira, & vires lumbabat, ut Dei holles torqueret angeretque feueriis. Hæc subtili suo ponderat ingenio D. Chrysof. ubi expendit verba D. Rom. *Pauli secundum suam electionem. Et ignis ira, in illud, qui aduersarios denotaturus est, vim eius denotan-*

*di declarat, quasi cum animatum reddidisset, cum ait: Et ignis ira, qui denotaturus est aduersarios. Quemadmodum enim fera bestia concitata, & vehementer seua, & ferox nunquam finem facit, dum aliquos rapiat, & deuoret: sic ignis ille non aliter, ac qui ipiam ira incitatus, quidquid comprehendit, non amittit, sed consumit & dispergit: Etiam secundum nostram lectionem, ignis amulati. Zelus ignis amulus: sumptâ metaphora à filio fideli ac Zeloso, vel seruo, qui in defensionem progreditur contra eum qui patrem vel dominum suum calumniatur. Ita describit David, ignis ante ipsum prædet & inflammabit in circuitu inimicos eius, ut videatur pollere iudicio, cunctos enim percurrens, solis nocetibus inimicis.*

Hoc significant hæc verba: *Mansuetabatur, exardescerebat*: Sicut enim fidelis seruus contra eum qui te offendit, exardescit, ita & ignis exardescet. *Creatura enim sibi factori deseruiens exardescit in tormentum aduersus ministros, & lenior fit &c.* Hæc modo loquendi solet Spiritus Sanctus in S. Scriptura declarare vim quæ creaturæ, quas in carniſices condidit impijs castigandis, hoc faciunt, quando illis præcipit, ut id faciunt. Quando decreuerat punire pro demeritis tyrannum illum Sifarum, exercitum eius, milites eius, iussit stellis suis ut illos inuaderent, & quasi milites viui fuissent, ita contra illos exarduerunt, ut ad vnum omnes interemerunt. Ut autem hoc indicet Spiritus Sanctus, illud diuina quidam phraſi ex ore prophetis Debboræ *Iud. 5. 7. declarat. De celo dimicatum est contra eos, stel. 20. la manentes in ordine suo aduersus Sifarum pugnauerunt.*

Mouet hic a duas quæſtiones: *Quid stelle egerint. Videntur enim eas Spiritus S. statueret a Abulenſi quasi viuos milites, qui se in figuram castrorum in e. 5. aciei disponunt, & animosi, ut aduersarios, ex-lud. 7. 6. pugnent, & illa manent in ordine & cursu &c. & 7.* Adducit autem multas opiniones, ut hoc exponat; sic autem exponitur: quod si cælis & stellis inesset vita, sensus, & intellectus, vehementiori non incandescerent cholera, & ut talia se ut accensa, vehementerque commota exhiberunt, sicut qui stomachabundus incalcescit ira, & frendet indignatione; quocirca tam ardentis flammæque miserunt influentias, ut aera replerent cometis, & fulgetris tam horrendis, ut illis euerterent Deo rebelles inimicos. Attende, quæſo, ignem Babilonis adeo incensum, ut eius flammæ ad quadraginta novem cubitos suelsum ascenderent in aera, quam micis appar-

ad tiebr. 10. v. 10. luna- rie pec- cansi- bus no- bis, quæ habe- tur post expo- sitionem Epistole ad Hebr. 1. 2. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.

Ep. 69. 3.

63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.

uit, quam infirmus, quam blandus charissimis Dei seruis, ut ne vestium filum attingeret; quin potius, quasi vltus fuisset ratione pro ipsis, ardore suo tantum vltus est, ut illis vincula combureret, solueretque liberos: an non vim virtutis sua oblitus est ignis: ut seruis Dei non adferret vel minimam molestiam? *Vim virtutis sua oblitus est ignis*: camque conuertit in ventum torris flantem, qui illis nedum noceret, sed et eis foret refrigerio. Attamen, quando ei Deus concessit ut infideles inuaderet Chaldaeos, actutum emisit flammam suas eos apprehensurus, tanto furore ut fornax media dirumperetur, vbi conclusus tenebatur, & prosiliit inquisituras, ut inuentos in cineres redigeret. Ut autem hoc indicet Spiritus sanctus posuit hæc verba. *Eruptit & incendit, quos reperit iuxta fornacem de Chaldaeis.* Notate verba: *Eruptit, incendit, reperit.* Ipse idem fornacem dirupit, aperuitque flammis suis ostia, *Eruptit*: quasi iudicio polletet, requisit Chaldaeos, quos & reperit: *Reperit*, repertos autem, tanto infecutus est furore, ut viuos concremarit; *Incendit.* Hinc intellige, quid egerit ignis ille, quem Deus immisit contra Ægyptios, & ex eo considera, quid cum eo facturus sit, quem parauit in tormentum demonibus & peccatoribus. O horrendum ignem! o tremendum ignem! O ignem expauescendum! O ignem vltorem Dei iniuriarum. O ignem, qui primo replebitur serpentibus, scorpionibus, bruchis, ranis, dipladibus, bufonibus, & quibuslibet insectis venenatis, quæ possit quispiam imaginari. Deinde non tantum hæc suo non interficiet ardore, sed fouebit calore fac irritabit, ut acerbius, & rabidore spiculo hostes Dei mordent, quam olim diplades, seu igniti serpentes ingratos Israelitas.

Hinc deduco, talis cum sit ignis ille, non tamen ipsos consumet condemnatos: non enim ignis est consumens, qui paratur ad tormentum, **D. Bern.** *Sic ignis ibi consumit* (inquit D. Bern.) *ut semel. L. medita. per reseruet, sic tormenta aguntur, ut semper renouentur: ardebunt miseri in igne aeterno, in aeternum.* O mirabilem ignem, qui nec ipsa tormentum animalia, nec inausillos consumet peccatores. Ita iunctim calore extremo & hortendo gelu cruciabit, ut sicut ex parte hac in gradu aduret superlatiuo, ita ex illa parte frigore constringet intensissimo, ardore igitur flammatarum rabiem excitabit, & pariter tanto constringet frigore, ut nihil ibidem audias nisi horribilem quendam tremorem, stridorumque dentium: de quo ita Christus: *Ibi erit fletus & fridor den-*

tium. Ignis, qui tandem ut viuos carnis & quasi draco famelicus, in peccatores exardescens, se pascet inter eorum carnes, ossa totumque corpus, omnes illius inuadens partes, ut vorax & heluo molossus: ideoque à Spiritu S. vocatur: *Ignis deuorans*: & implebitur in eis maxima illud Isaia vaticinium: *Vestimentum mixtum sanguine erit in combustionem, & eibus ignis.* Verba hæc *eibus ignis*, (&) *ignis deuorans.* Clarissime manifestant, id quod prædiximus *Epulabuntur.* Si terrenis hic ignis, qui in comparatione illius gelu dicitur, adeo te conturbat, quando inauspicato vel extremum digiti tui tangit: ut in caelum vocifereris: quid in illo horrendo æge igne, qui te totum & vndeque contrahis illis qualitatibus torquebit circumcinctum?

§. 18. *Ibunt in supplicium; & spera amorem incurabilem eius credit salutem D. Basilii, quem prædicit non mouent. Mateant vos.*

**P**ronunciata igitur sententiâ diffinitiuâ, nullo recurſu seu appellatione admittâ: *Ibunt in supplicium aeternum, nisi autem in vitam aeternam.* Ascendet Christus comitibus sanctis aeris superna glorioso triumpho, cælesti melodia cantantibus angelis, *In vitam aeternam*: vitam Dei, vitam gloriosam, vitam omnium bonorum aggregatione ditissimam, vitam ab omni generis malis liberrimam: Impij vero in puteos demergentur sempiternos, aeternum cruciandi. *In supplicium aeternum.* Dirumpetur sub eorum pedibus terra, digluciet, & illos & demones, omnibus tumultuariè ac coarceuati in fornacem illam gehennalem cotruentibus: iuxta illud. *Si ceciderit lignum ad Austrum, aut ad Aquilonem; in quocumque loco ceciderit, ibi erit.* Et ad litteram implebitur, sic opinante D. Ambr.) illud Isaia, qui postquam retulit, quæ ratione homines & Angeli indicabuntur, tandem concludit loquens de peccatoribus ac diabolis. *Et congregabuntur, in congregatione vnus foveis in lacum, damnati simul & demones.* Omnes intermixtim alligati, durissimis ignis catenis, cum omnes in nequitias inter se fuerint alligati, deficientur omnes pariter (teste D. Ioanne) *In stagnum ignis & sulphuris.* In torcular viui furoris ira Dei omnipotentis Præcipites in puteum interitus, sic huius præcius David: *Tu vero Deus deduces eos in puteum interitus.* Verba, præclaris facta mysteriis. *Ibunt* (igitur) *in supplicium aeternum.* In sepulchra sua sempiterna, cum

Zach. 5. cum vase illo Zachariae, cui locum praefigunt in  
10. Babylone: *Ut stabilietur & ponatur ibi super ba-  
10. sim suam.* Et prout ille ex loqui amicis praedi-  
xit, hic peccator impius. *Lues, qua fecit om-  
nia &c. Et demorabit eum ignis, qui non succen-  
ditur; affligetur reliquum in tabernaculo suo.* Cu-  
rios carminum lectores videant de hoc Tertul-  
lianum.

En peccatores finis vester, in quem devenie-  
tis, & pertinabebitis *In aeternum* maledicti, caelo  
crules, gloriæ Dei exheredes, confocciati, col-  
ligati infernalibus monstris, tortoribus & ussi-  
mi: maledicti æternis ignibusq; voracibusq; flammis.  
*Ite maledicti in ignem paratum, O exilium, o*  
*maledictio, o ignis, o aeternitas! o demones,*  
*o homines. o sensus, o ratio, o cor humanum!*  
An credo, te hæc credere? Num fabulæ, num  
inventiones? fieri ne potest vt hæc credens, sic  
vivas vt vivis? vt tantum aduertens periculum,  
hæc non maturè consideres? Si hoc (sic credit  
D. Basil) te non permoueat efficacius, nihil  
superest, nisi vt te tibi velut desperatum relin-  
quamus, nos autem à prædicando desistamus: e-  
tenim liquidò couolat cor tuum ipsis esse lapi-  
dibus insensibilibus. *Quibus, inquit, verbis te cre-  
dabo? Quomodo loquar? Regnum Dei non curas,  
gehennam non times: quam anima tuae medicinam  
idoneam inueniam? si enim horribilia non metuis,  
clara insuper, & pulchra despicis: dispusamus cum  
cardo lapideo. Iacta est alea: actum est de te.*  
Quis credat fieri posse, vt hæc te verba non mou-  
ueant, cor tuum non mansuefaciant: *Venite be-  
nedicti Patris mei, possidete paratum vobis regnum:*  
Quis dicat, his te non terret: *Discedis à me ma-  
ledicti: in ignem aeternum.* Disputamus cum corde  
lapideo, & adamantino. Refert D. Chrys. dicere  
D. C. 11. solebant Gentiles: Christianos esse aut menda-  
11. c. s aut stultos: quia vel ea quæ dicunt credunt,  
vel non. Si non credunt, mendaces sunt, quia se  
ea credere protestantur. Si credant, stulti sunt:  
non enim euidentior potest esse stultitia, quam  
cum tali fide, viuere tam socordes, sicut viui-  
mus, & nostros sequi appetitus sicut animalia, &  
nostris tantum indulgere voluptatibus: quasi  
numquam actionum nostrarum rationem esse-  
mus reddituri, idque non tantum Deo, sed nec  
alicui hominum. *Incredulos ita non commoueri,  
non mirum, sed nos qui credimus, maxime oblu-  
pendendum est, vt ita viuamus.*

Hinc valde conforme est, dictum cuiusdam  
viri cordati. Duos esse debere carceres apud Chri-  
stianos, vnum Sancti Officij Inquisitionis, al-  
terum ergastulij Nosocomij: vel enim hoc cre-  
*Hieron. Bapt. de Lanuza, Tom. 1.*

dis vel non credis. Si hoc non credas; trahunt  
te ad carcerem Sanctæ Inquisitionis, & viuam  
flammis exurunt. Si verò credas, & viuus, vt  
vuius, ad compedes traheris stultorum: quæ e-  
nim stultitia stolidior, quam talia credentem,  
tam inertem viuere, tam incurium Deum offen-  
dere? Perpendit D. Greg. quam angat quem-  
piam processus, in quo de eius vita disputatur:  
quas noctes patitur non insonnes: huius exitus  
ignorantiâ suspensus, & necessaria cum sit coram  
Rege, vel summo Pontifice comparatio? Si ali-  
quis vestrum cum suo aduersario. *causam auctu-  
ritatis in meo iudicio die crastino esset exhibendus, to-  
tam forse noctem insonnem duceret, quid sibi dicit  
posset, quid obiectiombus responderet, secum sollicita  
& astuante mento verjaret ne me inueniret aspe-  
rum, vehementer metueret: ne apud me apparet  
noxius, formidaret.* Et quis, aut quid ego? Nimi-  
rum non longè futurus post hominem vermis, si quo  
post vermem puluis. Si ergo tanta cura pertimesci-  
tur iudicium pulueris, qua intentione cogitandum  
est, *quo forma dicitur prouidendum tante iudicium  
maiestatis: Hoc ipsum dixerit D. Chrysost.*  
de hoc admiratus, quod eum sciat vit Christianus  
se coram summi iudicis manifestandum in tribu-  
nali, non se tamen præparet strictissima red-  
dendæ rationi. *Dic mihi, homo, cum sistendus sis  
ante tribunal Christi, quæuis potius, quam de eo  
loqueris. Cum sit tibi apud iudicem, sape verbis  
teuis, non notu, non interdum, non aliquo temporis  
momento, non hora al qua aliquid aliud loqueris,  
sed perpetuo de re illa: de tota autem vita tua ratio-  
nem redditurus, & iudicium subiturus, ne eos qui-  
dem toleras, qui hoc iudicium tibi in mentem re-  
uocant. Christi sequamur consilium: Quis Rex  
iturus committere bellum aduersus alium regem,  
non sedens prius cogitat, si possit eum decem milibus  
occurrere et qui cum viginti milibus veni ad se?  
Alioquin aliove illo longè agente, legat onem mite-  
rens, rogat ea, quæ paci sunt. Huic consilio obsecuti  
sunt iusti: hæc cogitatio perpetuis premebat instu-  
Iob terroribus in omnibus suis operibus: Verebar  
omnia opera mea. Timor ille continuus David eo-  
culis eliciebat lachrimas: s'horror ille speleo inclu-  
sit Antonium: hæc D. Hier. in deserta egit me-  
ditatio, vbi solis ardoribus aestuabat. Iudicij me-  
rus ad imperuias solitudines silentiaris compu-  
lit Anachoritas. Equi erant animosi callrati, de  
quibus Dominus: *Procul odoratur bellum.* Bel-  
lum sanguinarium, ad quod se prudentius præ-  
parabant. Illos imitemur (sic nos horatur D. D. Cyr.  
Cypr) *Securitati & vita, dum licet, provide. L. ad De-  
re.* Sic quoque hoc nobis suadet Deus ex ore metriam,*

D. GRÆ.  
Hom. 26.  
in Euang.

D. CHR.  
Hom. 2. in  
2. ad Theff.  
ad finem  
Tom. 4.

Luc. 14. 34

Iob 9. 28

Iob 39. 25





Vatis Iaelis, præmissis enim multis iisque gra-  
uioribus diei iudicij considerationibus, tandem  
Iael 2.12. his terrificis verbis finit: *Magnus dies Domini,*  
& *terribilis valde, & quis sustinebit eum?* cuius  
hæc ea est mens, vt præueniamus, & tam hor-  
renda damna fugiamus: quocirca addit: *Nunc*

*ergo dicit Dominus: Conuertimini ad me in toto*  
*corde vestro, in ieiunio & fletu, & planctu &c.*  
Dominus igitur, vt ita faciamus nobis suam  
concedat gratiam superfluentem, vt illa mu-  
niti, in die illo tremendo audire mereamur. *Veni-  
tise Benediciti &c. Amen.*

## S V M M A R I V M

## HOMILIAE SEPTIMAE SEQUENTIS.



n §. 1.

b §. 2.

c §. 3. 4. 5.

d §. 6.

e §. 7.

f §. 8. 9. 10.

g §. 11. 12.

h §. 13. 14.

i §. 15.

k §. 16.

l §. 17.

STENDIT nobis præsens Euangelium duo impleta, olim prædicta per  
Vatem Habacuc, quæ Christi miraculorum lux clarissima efficeret.  
Primum: cælos obnubilare. Secundum: terram illuminare a. Pri-  
mum patet: illustrioribus enim Christi miraculis excæbatur sacer-  
dotes, & Doctores, quos cælos dixeris, ob status sui excellentiam, &  
obtenebrabantur, dum inquirunt, *Quis est hic?* b. & mentis inuidencia seipfos depas-  
cuntur, Christi que gloriam student obnubilare c. Secundum patet in eo, quod po-  
pulus (id est terra) iisdem Christi miraculis ita illustratur, vt eorum conuincat nequi-  
tiam d & iniquitatem, quam paulo aute perpetrarant, dum eum morti adiu-  
cant e. iisque declarat; hanc sententiam illis vertendam in perditionem f. Ingressus  
Christus ciuitatem, congruenter recta tetendit ad templum g. vbi malitia Religio-  
nem mutauerat in sacrilegium h, & sub titulo Dei, ac sacrificiorum, furta committe-  
bantur i: Ibi Christus omnes curauit infirmos: est enim domus eius, domus salu-  
tis k. Maximumque operatus est prodigium, à Dauide præcantatum, nimirum lau-  
des puerorum l.

§. 1. Impletur hic prophætia Habacuc, quod  
lux Christi oprit cælos, & illuminat ter-  
ram.

§. 2. Aspernatoria fuit hæc Iudæorum interro-  
gatio. *Quis enim proprium est querere.*  
*Quis est hic?*

§. 3. Fornax inuidiæ pectus est diaboli, pro-  
inde illam non vidit D. Ioannes inter ea,  
quæ sunt in mundo.

§. 4. Inuidia peccatum est occultum: Ex duo-  
bu cognoscitur effectibus, cordis & lingua  
commotione. *Quis est hic?*

§. 5. Videre est in Saul binos hos effectus in-  
uiciæ, quem spiritus nequam exerucia-  
bat.

§. 6. Populi dicebant. *Per ignorantem po-*

*pulum confundit Deus sapientes, & trans-*  
*mutat cælos, & terram.*

§. 7. Populi dicebant. *Conuincit Deus ex*  
*ore populi Principes, vt iniquos iudices. Sic*  
*autem iudex, vt sponse nasus.*

§. 8. Hic est Iesus, præmonet Principes ore  
populi Dominum, quod si Christum perde-  
rent, & vitam suam perderent.

§. 9. Propheta. In memoriam reuocat Deum  
his Principibus, ex ore plebæ; id quod de  
Christo per M. ysen prædixerat.

§. 10. Hoc egit Deus Principibus per os po-  
puli, id quod egerat per os asina cum Ba-  
laam.

§. 11. Intrauit in Templum *Recta tetendit*  
*Christus ad templum, veniebat enim sacri-*  
*ficiandus,*